QVIN SAL MOR

25-4e
N. 40.



...us debet modicũ incõmodũ siue d...
...cessare a litibus ⁊ per alios litigia exe...
...i metusue cã fiũt. Supra ĩ p̃cedẽtib⁹ tit...
...dicio vl' ex merito subijcit de his q̃ agim⁹ co...
...recissoriũ aduersus ea q̃ fiũt p metũ ⁊ appellat a...
...gularit' gesta p metũ te...
...et ƺ veniũt rescidẽda p actio
nẽ q̄ met⁹ cã. fallit ĩ qbusdã ca
sib⁹ ĩ qb⁹ met⁹ vitiat ipso facto
vt plene no. ĩ. eo. c. abbas. Et
cõpetit h actio ad interresse vt
colligit' in. l. si cũ exceptione in
prin. ff. e. Ab. si.
Exlatũ. ¶ Pri
p ma ps narrat fcm̃.
Scd̃a dat iudices
ibi: ideoqƺ. Ab. si.
¶ Proposuit: Hic ergo vƺ
p̃testatio: ⁊. xxxi. q. ij. lothari⁹
. xxvij. di. diaconi: ⁊. vij. q. i.
põtifices: ⁊. s. de elec. cumana
ƺtra. s. de ƺsti. cũ. M. in qb⁹
de hoc. ƺ qd si nõ audet p̃testa
ri nõ obstat. C. de re. cre. gene
ralit'. §. ipse. ar. xxxiij. q. ij. nõ
satis in prin. qd intelligit' si cõ
stet in iudicio.
¶ Imponer'. s. ƺuersiõis qm̃
velũ ƺsecratiõis qd tm̃ v̄gini
bus dat' iponer' nõ dƺ. xx. q. i.
de votis: ⁊. ĩ. de regu. vidua.
¶ Simulauit: No. q̄ vtilis
simulatõ pmittit'. xxij. q. ij. uti
lẽ. ff. d noua. doli. excep. ĩ fi. ⁊
. xxiij. q. ij. dñs. ff. d dol. l. i. §.
ñ fuit: ⁊. xliij. di. ĩ mãdatis. ĩst.
de ac. §. alie. ⁊. xxiij. q. vl. ut p̃
dẽ: ar. ƺ. xxvij. di. q̄ ĩtrogasti.
ff. d iusti. ⁊ iur'. l. i. §. i. ⁊. xij. q.
. i. certe ergo. ff. d of. p̃si. ƺgru
it. §. vl. C. d iur' do. ĩ reb⁹. ĩ fi.
. xxij. q. v. cauete: ⁊. C. d ĩcestis
nup. l. vl. ĩ fi. so. dol⁹ fra⁹ ⁊ si
mulatio sũt noĩa reat⁹ q nũq̄
pmittit' a cãone q2 q peccat. nõ
peccat legis auc̃tate. xxiij. q. ii
ij. q peccat. aliqñ vulgari ƺsue
tudĩe dnoĩat act⁹ legitĩos. ⁊ tẽ
pmittũt'. vt ĩ pmis ƺcor. xxxvi.
. q. ij. §. his auc̃tatib⁹ Et sic simu
latio bõi qñqƺ bona ẽ ut h. ⁊ p
mittit'. ⁊ qñqƺ mala vt hypocrisis: vt. c. q̄ ĩtrogasti: ...
tio mali: qñqƺ bona est vt fuit simulatio dauid q sim...la
. c. dñs: ⁊ de ƺse. di. ij. accesserunt: vbi d'. ferebat da...
suis nemo portat'. xp̃s enim manib⁹ ferebatur. de ƺse...
¶ Dd vro: sic. ĩ. de sen. ex. tenore. ƺ cõis forma ẽ: q...
datis ecclesie. ĩ. de ap. ad hoc: ⁊. ĩ. de sen. ex. cũ desider...
istoꝝ modoꝝ iuret: q2 ƺ iuret stare mãdato iudicis p illa...
...ra p aliã nec magis astringit': q2 mãdatũ suũ dƺ ẽẽ fin...
...alio intendũt. f ¶ Mortis: ƺ qliter...
...ĩcludit ĩ se affirmatiuã hãc. s. sp...
...a dcm̃ est. s. de elec. b...

pro paruo icon...
causarum seruo...
rica De his q̃ v...
Ex. iij. exoñ...
cte marie cesar...
¶ Si quis tin...
ratum non ha...
fitetur exire ⁊ n...
bere potest secu...
ex post facto lib...
Erl...
tiam...
dan...
M...
ctã h...
precepto eã ad ...
centes: euagine...
voluerunt. sed ...
cti sub tali cond...
eidẽ q̄ in mon...
habitũ suscipe...
Epi vero miss...
imponerẽt: q2 i...
paruulum hẽba...
sue suspectã hab...
uenerunt eãdẽ: ...
q̄ mortis timo...
bat: proposuit...
posset exiret. s...
ri tyrannidi sa...
mulieri veluƺ ...
tãdẽ viro de...
cta mulier de...
um maritũƺ ...
ritañ. ep̃s ad ...
culo excõicati...
¶ Ideoqƺ m...

pro ampliatione istius / uerbi posita in c. ... / 20. ... / ... / ... / ...

norat ĩpetrãtẽ excõicatuȝ nec ɔtra ip
erit agere p eas cũ fuerit absolutus. ĩ.
ergo nocet h:q: p hoc apparet ꝙ coꝝ ma
ĩ nõ valet:q: si maior de vniuersitate puta
ti sint: vniuersitas agere nõ põt:q: q̃si mortua

.xi.q.iij.nemo epoꝝ.ꝛ in
vacare intelligit.vñ agere n
põt.ĩ.ne se. vacã.c.i.ij.ꝛ.iij.
Idẽ est si ĩ pcuratione nõ sint
expressi.dũ tñ ɔstet ꝙ coꝝ au
ctoritate ɔstitutio sit facta ut h
dic.sed cuȝ expressi sunt tũc cõ
stat ꝛ sic expressa nocẽt.non ex
pressa nõ nocẽt.ff.de reg.iu.ex
pressa.ꝛ q: coꝝ auctoritate fa
ctũ ẽ.ppriũ fcm cẽsef:q: oĩa
nr̃a facim⁹ qb⁹ auctoritatẽ im
partimur.C.de ve.iu.enu.l.
.i.§.sed neqȝ in fi.

f ¶ Procuratoris:puta q: di
cebat in pcuratione.talis cõ
munitas fecit ticiũ suũ pcura
torẽ ad ĩpetrãdũ ꝛ maior ꝛ in
rati ĩposuerũt suã auctĩtateȝ.

g ¶ Tales:ꝛ iõ ĩputat:q: nõ
debebãt illos ad hoc associare
si.s̃.de elec.scriptũ ẽ in fi.ꝛ est
ar.ꝙ vtile vitiat h per inutile
ar.ad hoc.ix.di.si ad sacras
ꝛ.s̃.de offi.dele.sup qõnũ.§.
si vo.ꝛ.iii.q.ix.pura:ꝛ.ff.de
edil.edic.cũ eiusdẽ.ꝛ sic ꝛ vna
ouis morbida totũ gregẽ infi
cit.xxiiii.q.iii.resecãde:ꝛ.ĩ.de
sta.regu.ea q̃.i.rñ.ĩ fi.ꝛ.s̃.d
offi.dele.cũ sup.ar.ɔ̃ ꝙ ñ no
ceat factũ illoꝝ.s̃.de elec.illa.
ꝛ.ĩ.de de.ex.mi.si celebrat.ꝛ
.s̃.de elec.cũ vintoñ.ꝛ.C.de
trãsac.si ex falsis:ꝛ.ĩ.de re iu

...r.x.ꝙ nisi essent
...ationis expressi⁹
...uctoritate procu
...facta fuisset: aut
...s⁹ ipsa cõmuni
...onstituisset eũdẽ
...r huiusmodi re

...pa subdiacõ.de

...int habere sindi
...onasterij agat ꝛ
...oportuerit cõsti

...udij nostri eẽ de
...gijs forensibus
...os sũmouere:
...se est nostra pro
...quemadmodũ
...poni debeãt or
...ua re tibi preci
...um fausto loqui
...erit constituto sa
...generalr̃ debeas
...c⁹.expedit enim

valeat ɔstõ ꝛ ĩpetratio litteraꝝ.q: nõ fuit expressi ĩ con
...nt illos esse tales sed cõmuni volũtate oĩum hoc fcm
...vniuersitas vel collegiũ p sindicũ auctoritate illarũ
...ab aliis cõmuniter.si obijcitur ꝙ maior.s. admini
...aiorib⁹ sint excõicati ꝛ parat⁹ sit hoc pbare excipiẽs
...e.q: sic valet constitutio ad ĩpetrandũ ita debet vale
...dũ dũmõ ɔstitutio sindici similis sit ɔstitutioni procu
...ẽ nõ possit.q: in sindicatu debent exprimi maiores p
prelatus administrator vt appareant an sint que par
...sitatis.ff.qõ cuiusqȝ vniu͛r plane.ꝛ collegiũ sine pre
...enitur.ĩ.de iudi.causã.sed hoc nõ põt cõstare nisi ex
...cõstitutione. Uel satis potest dici ꝙ littere valeãt pdi
...o tñ sindicatus non valeat nisi illi absoluantur.nec ẽ
...is vl̃ pauci de capitulo possent ĩpetrare lr̃as p ecclesia
...ad hoc cũ sint ɔiũcte psone:ar.s̃.de rescrip.nõnulli:ꝛ

...curatore q gerit negocia dñi merito subiicit de sindi
...itatis.

¶ Diuiditur nam. ¶ Primo premittit exordiũ poner...
...dati. Secundo in medio ponit mandatu...
...is.
...sũmouere.xvi.q.i.mo...

ad dnm cum — . 119 - 151.
ad te dne clamabo — . 27. - 26.
ad te dne levavi — ~~24~~ 24 - 22
ad te levavi oculos — . 122 - 153.
afferte dno — . 28 - 27
attendite popule . 77 - 95.
audite hec omnes — . 48 - 55.
Beati ynmaculati — . 118 - 141
Beati omnes — . 127 - 155.
beati quorum — . 31. - 31.
beatus qui yntelligit - 40. - 46
beatus vir qui non — . 1. - 1
beatus vir qui timet . 111 - 135.
benedicam dnm — . 33. - 34
benedic, anima mea . 103 - 123 -
benedic anima mea . 102 - 122.
benedictus dnus deus — . 143 - 167
benedixisti dne — . 84 - 104.
bonum est confiteri dno - . 91 - 113.
celi enarrant — . 18. - 16.
cantate dno . 95 - 117
Cantate dno . 149 - 172.
Cantate dno . 97 - 118.
confitebimur . 74 - 91
confitebor tibi dne . 9. - 5
Confitebor tibi dne . 110 - 134
Confitebor tibi dne . 137 - 161.
Confitemini dno et yn, 104 - 125
Confitemini dno, qm. 105 - 127
Confitemini dno qm — 106 - 1030
Confitemini dno qm 117 - 139
confitemini dno qm . 135 - 159.
conserva me dne . 15. - 11
credidi propter . 115 - 138
Cum invocarem . 4 - 2.
de profundis clamavi 129 - 156.
deus auribus nostris . 43 - 49
deus deorum dns . 49 - 56.
deus deus meus Respice . 21 - 19.
deus deus meus ad te de luce 62 - 71.
deus in adjutorium 69 - 83
deus in nomine tuo 53 - 61
deus iudicium tuum . 71 - 85
deus laudem meam 108 - 13[illegible]
deus misereatur 66 - 76
deus noster refugium 45 . - 52
deus qui similis erit 82 - 102
deus repulisti nos . 59 - 68
deus stetit yn synagoga 81 . 101
deus venerunt gentes 78 - 98.
deus ultionum dns 93 - 114
dilexi qm exaudiet 114 - 138.
diligam te dne . 17. - 13.
dixi custodiam 38 . - 43.
dixit dns dno 109 - 134
dixit iniustus 35 . - 38
dixit ynsipiens . 13. - 10.
dixit insipiens . 52 - 61
dne clamavi ad te, 140 - 164.
dne deus meus in te . 7.
dne deus salutis . 87 - 106
dne dns noster . 8. - 5.
dne exaudi oratione meam et clamor. 101 - [illegible]
dne exaudi oratione meam auribus 142 - 166
dne yn virtute tua . 20 - 18
dne ne yn furore tuo . 6. - 4
dne ne yn furore . 37 - 41.
dne non est exaltatum . 130 - 156.
dne probasti me 138 - 162
dne quid multiplicati . 3. - 2.
dne quis habitabit . 14 . 11
dne refugium factus es . 89 . 111
dni est terra et . 23 . - 22.
dns yllumina tio . 26 . - 25.
dnus regit me . 22 . - 22.
dnus regnavit decorem . 92 - 114
dns regnavit 96. dnus regnavit yrascantur . 98 - 119.
Ecce nunc benedicite . 133 . 157
Ecce quam bonum et . 132 . 158.
Eripe me de inimicis . 58 - 67
Eripe me dne ab ho, 139 - 163
Eructavit cor meum . 44 - 50.
exaltabo te deus meus . 144 - 168
exaltabo te dne, quo - 29 . - 28
exaudiat te dns in . 19 - 18
exaudi deus orationem . 54 - 62

Exaudi deus deprecationem. 60 – 70
exaudi deus orationem. 53 – 72
exaudi domine justitiam. 16. – 12
expectans expectavi. 39. – 44.
exultate deo adjutori. 80 – 100.
exultate justi in domino. 32 – 32
exurgat deus et dissipentur. 67. [illegible] 77.

f
fundamenta ejus in. 86 – 106

I
Inclina domine aurem tuam. 85 – 105.
In convertendo dominus. 125. 154
In domino confido. 10. – 8.
In exitu Israel de egipto. 113 – 136.
In te domine speravi. 30. – 29.
In te domine speravi. 70 – 84.
Jubilate deo omnis. 65 – 75
Jubilate deo omnis terra servite. 99 – 119
Judica domine nocentes. 34. – 36.
Judica me deus et dis. 42 – 48
Judica me domine quoniam. 25. – 24.

letatus sum in his que. 121 – 152.
lauda anima mea. 145 – 169.
lauda Jerusalem. 147 – 171.
laudate dominum de celis. 148 – 171.
laudate dominum in sanctis. 150 – 173
laudate dominum omnes. 116 – 139.
laudate dominum quoniam. 146 – 170
laudate nomen domini. 134. 158.
laudate pueri dominum. 112 – 136.
legem pone michi. 15.
levavi oculos meos. 120 – 151.

magnus dominus et. 47 – 54
memento domine david. 131 – 156.
miserere mei deus. 56 – 65
miserere mei deus secundum. 55. – 64
miserere mei deus se. 50 – 58.
misericordiam et judi. 100 – 120
misericordias domini. 88 – 108

nisi dominus edificaverit. 126 – 154
nisi quia dominus. 123 – 153.
noli emulari in. 35. – 39
nonne deo subjecta. 61 – 70
notus in judea deus. 75 – 91

omnes gentes. 46 – 53

paratum cor meum. 107 – 132

quam bonus Israel. 72 – 87
quam dilecta tabernacula. 83 – 103
quare fremuerunt. 2. – 1.
quemadmodum desiderat. 41 – 47
qui confidunt in. 124 – 153
quid gloriaris in. 51 – 60
qui habitat in. 90 – 112
qui regis Israel. 79 – 99

salvum me fac deus. 68 – 80
salvum me fac domine. 11. – 9
sepe expugnaverunt. 128. 155
si vere utique justitiam. 57 – 66
super flumina. 136 – 160.

te decet ymnus deus. 64 – 73

venite exultemus. 94 – 116
verba mea auribus. 5. – 3
voce mea ad dominum. 76 – 93
voce mea ad dominum. 141 – 165.
usquequo domine oblivisceris. 12 – 9
ut quid deus repulisti. 73 – 89

nº 21.413
UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA ZARAGOZA

Beatissimo patri ⁊ clementissimo dño Pio secundo Pontifici maximo Johānes de Turrecremata Sabinēsis Episcopus Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Sancti Sixti Vulgariter nuncupatus post humilem recōmendationem ad pedum oscula beatorum. Perscrutanti michi studiose psalmorum librum quem alij soliloquium dicunt quod est collocutio hominis cum deo singulariter vel secum tantum: quorum vtrūq; laudāti conuenit ⁊ oranti. Alij librum ymnorū: ymnus autē est laus dei cum cantico: Alij psalterium quia que intus diuina inspiratione Dauid percipiebat hec medullato carmine proferebat. Mira occurrit pulchritudo sensuum: ⁊ stillantium medicina verborū ⁊ amplissima copia virtutum ad omnem anime perfectionez vt merito aptetur illud prophete. ps. Habūdantia in turribus tuis. i. i psalmis tuis: qui recte turres appellari possūt. Tū propter incomprehēsibilem altitudinē sapientie in eis contente Tū propter indeficiētis defensionis auxiliū quod aduersus hostiles incursus prestat hijs qui intento sensu ⁊ vigilante mēte psalmodiā omnipotēti deo nostro exsoluūt In hijs turribus est habūdātia maxima vtilitatis. Plane hic psalmorū liber registrū est totius sacre scripture ⁊ cōsumatio totius theologie pagine. Alia nāq; sūt vt ait Augustinus q̄ prophete tradūt. Alia que historici libri. Lex quoq; alia. Alia liber prouerbiorū. Psalmorū vero liber q̄cūq; vtilia sunt ex omnibus continet: futura predicat. Hic enī annūciatio cristi in carnem futuri. Hic omniuz cristi misterioruz reuelatio. Hic cōmunis resurrectionis spes predicitur: suppliciorū metus: glorie pollicitatio. Liber iste veterū gesta cōmemorat: legez viuētibus tribuit: gerēdorū statuit modū ⁊ vt breuiter dicā. Commu

nis quidem bone doctrine Thesaurus est. Quid enim est quod nō discatur ex psalmis. Hic omnis magnitudo virtutis: norma justicie: pudicicie decor: prudentie cōsumatio: patiētie regula. Psalmodia vt ait Augustinus fugat demones: angelos in adjutoriū vocat: excitat deuotionez placat deum: impetrat veniam: hilarat animam: illuminat conscientiam. Et Cassiodorus. Psalmodia est cōsolatio flentium: cura dolētiū: sanitas egrotātiū: anime remediū: miserorū omniū refugiū. Verum hanc psalmorū vtilitatē qui pleni sunt supernis misteriis q̄ singuli celesti dulcedine redundātes: nemo plane pcipit: nemo eorum suauitatem degustare valet qui ipsorum psalmorū spūalem intelligentiam in se latentē non cōprehēderit. Non enim litterarum sacrarum cortex: sed medulla inclusa sapientie est que mentem viuificat reficit atq̄ oblectat. Non enim putemus inquit Hieronimus in verbis scripturarum esse euangelium: sed in sensu. Non in superficie sed in medulla. Non in sermonum foliis: sed in radice rationis. Hinc Augustinus ait In omni copia scripturarū sanctarum apertis pascimur: obscuris exercemur. Hinc ad judeos littere obseruatores iquit saluator noster. jo. .v. Scrutamini scripturas: ipse testimonium perhibent de me. i. non litterarum exteriora tantum: sed intus perquirite diuinorum sensuum thesaurum qui intra fragile vasculū vilis littere tenetur inclusus. Sup isto Crisostomus ita ait. Non ad lectionem simplicem scripturarum sed ad scrutationē exquisitam eos misit: quia que de deo dicebantur in scripturis desuper obumbrabantur: nec in superficie exprimebantur: sed vt quidam thesaurus intus recōdebantur. Hinc Augustinus in omelia quadam ait. Cum de diuinis operibus que legūtur ipso inspirāte qui fecit intellectū alicujus mistice significatiōis scrutamur q̄si de obstrusis fauicellis mella producimus: veluti xpi discipulos imitantes: spicas manibus cōfricamus. vt ad latēria grana peruenamus. Jam manifeste necessariam esse dinoscitur psalmorum intelligentiam: vt quis eorum

suauitem degustet. Percipitur autem hec psalmorum in telligentia aut reuelatione diuina que docet suggere mel de petra: oleumq; de saxo durissimo aut magistrorum doctrina quos ad diuinam elucidandam sapientiam q occulta producendum in lucem quasi diuinitatis organa diuina prouidentia in ecclesia institutos esse cognoscimus. Ceterum Beatissime pater cum cōsiderassem q̃ temporibus iam nostris pauci sapientie student pauciores perscrutandis diuinis misteriis insudant. Paucissimi qui antiquorum sermone scientiaq; clarissimorum patrum explanationes q cōmentaria super psalmos plegere curant Venit in mentem me vt inter alios studij mei labores hunc interponerē: vt ex sentencijs gloriosissimorū ac preclarissimorum .s. Hieronimi: Augustini Remigij q Cassiodori qui hunc psalmorum librum exuberātissimis fluminibus profundissime interpretati sunt aliquam breuē compendiosamq; intelligentiam psalmorum exculperem que preceteris a pluribus q etiam pauperibus clericis haberi posset q intelligi. Quod eo maxime efficere cupiebam quo augeri inde honorem dei existimabam. Indubitatum habens q̃ cum ministri ecclesie latētia psalmorū mella degustarent: alacriori feruentioriq̃ deuotione laudes domino decantarent. Sed ecce mentem meam ab hac scribendi cogitatione alienabat senectutis pondus infirmitatum frequentia: latentis in psalmis sapientie profūditas parabolarum quibus vallatur pene inexplicabilis obscuritas: q super omnia exiguitas ingenij q imbecillitas intellectus. Sed occurrit exaduerso amor publice vtilitatis qui solus nomen difficultatis erubescit: qui quia vt ayt Augustinus nichil tā durum atq; ferreū quod nō amoris igne vincatur. impulit me vi sua victum ad precōceptum laborē audacter subeundum sub illius fiducia q̄ sapientie fons est; qui q cecis visū; q mutis dicendi prestare copiam solet. Est autē in hac explanatione psalterij aduertendū: q̃ virgule nigre non tantum supponuntur littere textus sed etiā illis q̄ loco littere tāq̃ expositoria eius ponūtur

Precor autem omnes qui huius mei laboris fructuz gustabunt: dominum exorare vt laborem ipsum a mercede vacuum non sinat: sed pro sua clemencia beata vita compenset: quam elucidantibus diuinam sapientiam scriptura sacra teste legitur promisisse. Et quia Beatissime pater Apostolice sedis iudicio oia dicta mea et scripta submittere semper solitus sum: credens me non esse securum nisi sub eius militarem doctrina: hanc psalmorum explanationem sic diuina largitate studiolo meo elaboratam: Sanctitati tue in eadem sede dignissime presidenti emendādaz corrigendamqz si opus fuerit humiliter offero: qui nō solum auctoritate sed ingenio et sapientia prestātissimus haberis.

Este libro y suplementum cronicarum los compre en calatayud el año de 1584 y me costaron los dos 16 reales y por ser verdad lo firme de mi nombre

Fray lucas de buendia

¶ Psalmus Primus In quo describitur processus in beatitudinem.

B Eatus uir qui non abiit | a via recta recedendo | in cõsilio impiorũ | prauis eorum machinationibus cõsentiendo | qui in via pecatorum nõ stetit | sed vitam suã imaculata cõuersatione trãsiuit | ꝛ qui pestilẽtis dogmatis | venena nõ seminauit nec posteris pernitiose doctrine exẽpla reliquit. Sed in lege domini fuit voluntas eius | vt diuine legis mandata perficiat | ꝛ in lege eius | ad implenda | meditatur assidue | in prosperis ꝛ in aduersis nõ tantum lectione legis sed jugi obseruatione sãctitatis Et erit tanquã lignũ quod plantatum est secus fluenta aquarum | virore diuine gracie semper viuus: qui bonorum operũ plenitudine fecundus | fructũ dabit tẽpore vite sue | dignũ felicitatis eterne. Et verba eius nõ defluent | a veritate in mendacium: ne in cassum sine vtilitate: sed ad aliorum eruditionẽ ꝛ salutem proficient | ꝛ oĩa q̃cũq; faciet semꝑ prosperabuntur | sibi ad cõsecutionẽ vite eterne. Non sic impij nõ sic sed tanq̃ puluis | infecundus ꝛ siccus ab humore diuine gratie | quem aura diaboli proicit a facie | stabilitatis eterne ¶ Ideo | q̃a sunt sicut pulujs | nõ resurgẽt impii | .s. ĩfideles | in judicio | discussionis vt examinẽtur: q̃a non credẽtes penis certissimis iã judicati sũt | neq; peccatores | professione cristiani: sed minoribus peccatis obnoxij resurgẽt | in cõgregatione justorũ | q̃a nõ admittẽtur ad vitã eternã ad quã justi cõgregabũtur. Quoniã nouit dñs | noticia approbationis | viã justorum vt pote quia munda splẽdida. ꝛ delectabilis. q̃a expedita via ad beatitudinem | Iter antẽ impiorũ | nõ approbat. sed reprobat. ut pote quia imundum tenebrosum ꝛ triste deducens in perditionem.

¶ Psalmus secundus in quo de machinatione ꝛ re

Rebellione molientium contra regnum xpi ⁊ de ipsius cristi excellentia ⁊ dignitate .

¶ Propheta admirans maliciam persecutorum xpi quaz preuidebat spiritu : ait.

Quare fremuerunt⌋ more ferarum sine ratione ⌊gẽtiles⌋ romani milites crucifixores xpi ⌊⁊ populi⌋ iudeorũ ⌊meditati sunt inania⌋ credẽtes per xpi mortem extinguere nomẽ ⁊ famã ⁊ regnũ eius. Af fuerunt⌋ huic malicie prebentes fauorẽ/Herodes ⁊ Pilatus/sacrilegis mentibus in hoc scelere cõsentientes: ⁊ sacerdotum ⌊principes conuenerunt in vna praua voluntate aduersus dominum⌋ deũ patrẽ ⌊⁊ aduersus xpm⌋ filium ⌊eius⌋. Dicẽtes. Dirũpamus vincula⌋ .s. doctrinã ⁊ miracula ⁊ promissiones quibus xpus ⁊ eius discipuli nos sibi astringere volunt: demusq; operam vt diruptis vinculis ⌊proiciamus a nobis dominium ipsorũ⌋ ¶ Et dñs ⌊Qui habitat in celis⌋ .s. in sanctis ⌊reddet illos dignos irrisione ⁊ subsanatione⌋ in futuro: ⁊ ostendet illis inania esse meditatos: cunctis gentibus iugo xpiane religionis colla sua subicientibus Tũc⌋ in futuro iudicio ⌊loqtur ad ad eos⌋ eorum maliciam increpans ⁊ vindicte sententiaz in eos proferens. quã executioni demãdans ⌊in furore⌋ i. acerbissimis penis ⌊eos⌋ puniens in anima ⁊ in corpore cõturbabit⌋ ¶ Vox christi. Iniuste iudei vincula mandatorũ meorum dirumpere ⁊ legis mee iuguz meditati sũt abicere. Quoniã Ego⌋ cristus ⌊cõstitutus sum⌋ adeo patre ⌊rex⌋ cui obediendũ est ⌊super syon⌋ ecclesiam iudeoruz. ⌊predicans⌋ in ea ⌊legẽ eius⌋ Non tantum sup syon: ⁊ sup iudeos rex sum constitutus: sed etiã super omnes gentes dñiuz habeo: tã iure hereditario q̃ meritorio Hereditario quidẽ Quoniã. Dominus⌋ pater meus qui vniuersoruz dominus est ⌊dixit ad me filius meus⌋ naturalis singularis: ⁊ cõsubstantialis ⌊es tu ego eternaliter genui te⌋ Iure autẽ meritorio super omnes gentes dominiuz habeo: quoniam dominus deus pater dixit ad me. ¶ Postula a

me] passionis tue merito: quā pro totius humani generis salute assumes [gentes ⁊ dabo tibi] eas [in hereditatē tuā] vt scilicet copulentur nomini cristiano: quas tamē vt de us mecum possides [⁊ dabo possessionē tuā terminos or bis terrarum. ¶ Reges eos potestate ⁊ inflexibili iusti/ cia] ⁊ eos qui nō receperūt disciplinā tuam [cōteres eos] quosdam ad correctionē: vt de infidelibus fideles effician tur: quosdam ad eternam dāpnationē. ita leuiter [sicut fi guli vasa] leuiter cōfringūtur. Propheta reges terre mo nens vt omnes cristum debito venerentur ait. Et nunc reges terre intelligite] quantus sit ipse cristus: ꝗ ex/ celsus ꝗ potens [⁊ scitote vos qui alios iudicatis] vos ha bere superiorem qui nō tantum vniuerse terre sed etiam celorum dominus est. ¶ Seruite domino in timore] filiali [⁊ exultate ei per deuotionem [cū tremore] tamē: ne exul tatio effundatur in dissolutionē: aut negligentes redderet Apprehendite disciplinam] cristi. quasi munimē clipei cōtra noxia vicia profecturum ⁊ subicite vos humiliter ei [nequādo deus] pater [irascatur ⁊ separemini a via justa .s. a celesti rege cristo: qui est via recte ambulantium ad vitā. dux euntium. iter ad beatitudinē festinātium. Cum exarserit subito ira eius] in vindictam impiorū in die ju dicij [beati qui confidunt in domino] quia eos non soluz non attinget ira dei: sed ad beatitudinem per dei graciaz peruenient eternam vbi bonorum omnium summa est.

¶ Psalmus Tercius In quo de passione ⁊ resurrectione cristi.

¶ Homo cristus admirās cur tot persecutores habeat ait sic ad deum.

Domine cur multiplicati sunt qui tribulant me] doleo de cecitate eorum qui saluta re suum ita obstinatis mēribus respuunt: miruz est enim q̄a nichil ab eis promeruj [multi insurgunt]. vt obstinato animo deprimāt me: detrahentes ⁊ falsuz testi monium ferētes [aduersum me] Multi dicunt] de meis

persecutoribus: vt audatius me persequãtur [dicunt mi/
chi] non saluabit eum ille quẽ sibi deum facit nec filius
dei est vt ipse dicit. Verũptamen] cõtra tot persecutores
tu es refugium meum [qui susceptor es] mee humanita
tis in vnitate diuine persone [et gloria mea] tecum vna ẽ
qui ita ab alto defigis mentez meã vt nulla passione vin
catur. Et hoc ideo quia. [Voce] cordis mei [ad dominũ
clamaui et exaudiuit me de sublimitate justicie sue] Justũ
enim erat vt innocentẽ occisum et cui retributa sunt ma
la pro bonis resuscitaret a mortuis: et donaret i celis om
nium creaturarum principatum. Exaudiuit autẽ me in
hoc dominus ℣. Ego dormiui] sponte nõ coactus et som/
num cepi in morte voluntate mea [et soporatus sum] se/
curus in mente quiescens nullã habens cõscientiã peccati
[et exurrexi] diuinitatis virtute q̃ naturaz in qua passus
sum [susceperat in vnitate persone. Et qa dominus sus/
cepit me in protectione sua] Non timebo milia populi
circundãtis me] pendentẽ in cruce et ideo [exurge dñe] ostẽ
de potentiam tuã [et saluum me fac] non solũ faciẽdo me
resurgere a morte: sed etiam inimicos meos exterminã/
do. Et sic factum est. Quoniã tu percussisti] per Titum
et vespasianum [oés] iudeos [aduersantes michi sine cau/
sa] et maledica verborum eorum q̃bus dilacerabant me et
mẽbra mea [in irritum perduxisti] Hinc patet. Quoniam
solus. [Domini ẽ salus] et ideo o dñe sit [benedictio tua
super populum tuũ] de te salutem sperãtem nõ ab alio.

Psalmus Quartus In quo exhortatur vir
iustus ad bonam operationem.
Vox ecclesie in tribulatione posite.

Cum inuocarem] deum in auxilium meum
[exaudiuit] vel secundum aliam litteram [exaudi
sti me deus justicie mee] actor et remunerator qui
[in tribulacione] ab angustijs tristicie [in latitudinẽ] gau
diorum [eduxisti me]. Miserere mei] cõtra miserias hu/

ius vite: tã pene ꝑ culpe [¶ exaudi orationem meã] vt in me cepta perficiantur. Nor prophete increpãtis iudeos ¶ paganos ¶ omnes in peccatis perseuerãtes. Fili hominum] qui secundum hominé viuitis nó secundú deum [usquequo aggrauatum] ¶ depressum infidelitate ¶ pondere iniquitatis [cor] habetis [vt q̃d diligitis vanitatem] quaperitis: colendo ydola que vana sunt in quibus nó est veritas quoniã vere dij non sunt [vt quid] tam ardenti desiderio [queritis] terrena [que mendacia sunt] decipiunt eni amatores suos quia non faciunt quod promittunt. s. felices. Nos judei ¶ pagani ceteriq; peccatores nolite ifidelitate detineri ¶ vana huius seculi sequi: sed cóuertimini ad cristum. Scientes quoniã dominus deus pater cristum suum sanctũ sanctorum mirabilem ¶ gloriosum ostédit] tercia die resuscitando a mortuis ¶ ad dexterã suaz collocando per qué deus pater [exaudiet me cum] bonis operibus sue diuinitati [supplicauero] Nolite dico querere mé daciuz sed. Irascimini] vobismetipsis vt horreatis quod fecistis [¶ vlterius peccare desistite] ¶ si vos peccare contingat [cópungimini] per penitentiam: ¶ de hijs que tractatis [in cordibus vestris] vt sunt cogitationes male: ¶ de hijs que [in cubilibus vestris] operamini vt sũt opera carnis. Quia vero iusticia exigit vt penitens satisfaciat pro peccatis sequitur. Sacrificate] o vos penitétes. i. afferte [sacrificium] non pecudum sed [iusticie]. i. opera satisfactionis post penitentie lamẽta [¶ sperate in domino] de recipiendo pro talibus ¶ peccatorum veniã ¶ beatitudinis eterne premium licet [multi stulti carnaliter sapiẽtes in suorum pecatorum excusationé quasi dubitantes que sint opera iusticie [querunt quis ostendit nobis] cognoscere huiusmodi [bona]. Propheta ostendit tales nó veraciter sed false dicere se ignorare que sint justicie opera Quia signatum est super nos] in superiori parte anime nostre in qua tibi similes sumus [lumen] naturalis rationis quod est quedã impressio ¶ irradiatio luminis [vultus tui] quod sufficienter ostendit nobis que sunt opera

justicie ita vt per ignorantiā iusticie nullus potest se ex/
cusare a peccato per quod lumen quo te cognoscimus [de
disti leticiam] spiritualē [in corde meo] ¶ Sed mali nō in
tus in spiritualibus bonis sed foris in tēporalibus delec
tantur [A fructu frumenti vini ⁊ olei sui] aliarumqz re
rum tēporaliū [multiplicati] dilatati ⁊ exaltati putantes
in hijs esse cōsumatum bonū. ¶ Sit autē bonus in spiritu
alibus exultans dicit contra humanos tumultus ⁊ felici
tates caducas. In pace] mentis [dormiam] quā habere nō
possunt qui secularibus actibus implicātur hinc oblitus
mundi tendens [in idipsuz] summū bonum tandē [requies
cam] in futuro in pace immutabilis eternitatis. Ideo re
quiescam secure. [Quoniam tu dñe in] vna [spe] firmissi
ma qua [singulariter] in vnuz ⁊ verum bonum speratur
[constituisti me].

¶ Psalmus. v. In quo de hijs quibus
acq̄ritur hereditas eterne beatitudinis.

Verba oris mei percipe domine ⁊ intellige] in
telligentia approbationis cordis mei affectum
quo ad te clamo. Exaudi orationē meaz rex me
us] specialem curā ⁊ protectionē [⁊ deus meus] quē soluz
veneror vero cultu religionis vtpote creatorē meū. Et
si aliquando orauī ⁊ non sum exauditus: non tamen ora
re desistam. [Quoniā ad te orabo domine ⁊ cum tenebre
peccatorum fugere ceperint exaudies vocē meam]. Per
acta erroris mei nocte ⁊ discedentibus tenebris quas mi
chi peccatis meis feci. [Mane] religiose deuotionis ob/
seruatione continua [astabo tibi] in te sūmo bono beatitu
dinē querens [⁊ intelligam non placet tibi iniquitas] sed
a solo mundo corde conspiceris. Non habitabit] in pre/
senti per gratiam nec in futuro per gloriam [in societate
tua malignus nec permanebūt iniusti ante oculos tuos]
quia reprobi eicientur a consortio sanctorum ⁊ visione sui
cōditoris: tolletur enī impius ne videat gloriā dei. [Odi
sti omnes qui operantur iniquitatē] in malicia sua perse

uerantes⌊et perdes omnes qui locũtur mendaciũ⌋perni/
ciosum ⁊ potissime mendaciũ in doctrina cristiane religi
onis. Uirum sanguinũ⌋qui humano cruore polluitur⌊⁊
uirum dolis ⁊ mendatijs⌋alios ducẽtem in errorẽ⌊abho/
minabitur dominus ego autem in multa misericordia
tua⌋cõfisus nõ meis meritis ¶ Introibo in domũ⌋glorie
tue. sed prius⌊adorabo te⌋hic in ecclesia tua sancta⌊ timo
re⌋reuerẽtiali. Domine deduc me⌋ad eterna gaudia: ꝗa
diuersis fatigor angustijs: ⁊ hoc peto nõ solum ex sola mi
sericordia: sed⌊in tua iusticia⌋ que exigit ꝙ sicut dãpnas
impios: ita remuneras iustos⌊propter inimicos meos⌋
confundẽdos: qui me post se trahere conantur⌊dirige ope
ra mea vt in cõspectu tuo⌋sint grata et accepta: vt per ea
ad celestẽ patriam merear peruenire. ¶ Opus est vt diri/
gas vias meas. Quoniã non est in ore⌋aduersariorũ me
orum⌊veritas⌋quia falsa loquuntur de cristo⌊cor eniꝫ eo
rum vanum est⌋recte in ore eorũ non est veritas: quorũ
cor vanitas possidebat lingua enim imperio cordis natu
rali ordine famulatur. ¶ Ferida / turpia. Guttur eorũ
exalat vt sepulchra⌋mortuorũ patentia ad corrumpẽdũ
alios: ⁊si nõ proficiũt⌊linguis suis⌋mali⌊dolose agũt⌋mẽ
dacijs: ⁊ blanda adulatione alios seducẽtes: sentiãt te do/
mine iudicẽ vt timeant. Frustrentur a cogitationibus
suis⌋ vt nõ possint deducere ad effectũ quod male cogitãt
⌊⁊ vt merentur impietates eorũ⌋expelle eos longe ab he
reditate eterna⌊quoniã irritauerũt te domine⌊peccãdo cõ
tra te. ¶ Econtra. Letentur⌋in futuro de habita heredi
tate⌊oẽs ꝗ sperãt⌋ modo⌊i te⌋⁊ certe⌊i eternũ exultabũt⌋
quia habebũt te⌊habitatorẽ⌋in cordibus suis: hec est eter
na exultatio beatorũ cũ templum dei fient. O magna in/
effabilis largitas donatoris quid simile potest concedi ꝙ̄
vbi cognoscitur rerũ dominus ipse cõcedi. Et gloriabun
tur in te⌋fonte omnis boni⌊ qui diligũt nomẽ tuũ quoni
am tu⌋exuberantissima largitate⌊benedices iusto. Do/
mine⌋tua bona voluntate nõ iusticia nostra⌊tanꝙ̄ scuto⌋
rotundo quod supra pectus positum protegit. ⁊ capiti su/

prapositū coronat. Ita nos hic protegis contra mala pre
sentia. q in futuro coronas gloria sēpiterna.

Psalmus. vj. In quo monet peccatorē ad penitētiā
timore futuri iudicij.

Territus peccator immanitate suorū peccatorū q hor/
rore futuri iudicij pcatur ne eternaliter dampnetur dicēs

DOmine] qui in potestate magna et maiestate
ad iudiciū venturus es] ne in furore tuo puni/
as me]. i. secundū rigorem tue iusticie: sed ma
gis secundū dulcorē tue misericordie. Non ar
arguas me domine in furore tuo. sed Miserere mei] in p
senti misericordiā impendendo. et opus est] quoniam in/
firmus sum] et fragilitate nature et mole peccatorum. O
clementia magna creatoris: a iudice percipimus quid di
cere debeamus: docuit pietatem petere: ne nos iusticia
possit assumere] sana me] per tuam misericordiam quoni
am infirmitas mea adeo conculcauit q vsq ad robur et
vires anime peruenit. Cura me o sapientissime medi/
ce. quia Anima mea] conualescentibus morbis] turba/
ta est valde] territa districtione iudicij] vsquequo tu domi
ne] differs conferre sanitatem egroto. noli differre qui vs
q ad finem preces supplicum non soles obliuisci. Conuer/
tere ergo domine] qui prius eras aduersus propter pecca
ta mea] et eripe animam meam] peccatis ligatam ab im
minenti supplicio quod debetur errantibus] saluum me
fac] non meritis meis. sed] propter] multam] misericordi
am tuam] Sic festino curari. Quoniam post mortem
non est qui memor sit tui] memoria fructuosa ad salutem
] nec in inferno confitebitur tibi aliquis] confessione ad
veniam: quia ibi nulla est spes venie aut redemptionis.
Miserere mei domine: cum iam penitentiam fecerim de
peccatis meis. Laborauī enim in gemitu meo] pre anxi
etate cordis mei cōsiderans quid feci si hoc parum sit] laua
bo] in secreto conscientiam] lacrimis meis] discurendo per

manifestam exercet] in vos sicut cóminatus est per sacrã scripturam quasi [arcum tenderet ⁊ pararet] ad sagitan/ duz. In quo] sacre scripture [arcu cóminationes mortis] eterne peccatoribus [preparauit] de quo arcu egresse sũt tanq̃ [sagitte] apostoli alij q̃ sancti doctores qui ardenti/ bus animis in modum sagittarũ precepta salutaria trãs miserunt vnde ⁊ impij sauciarẽtur ⁊ fidelibus efficax cu ra peruenirет hoc [effecit] .i. operatus est. ¶ Licet hoc ita sit manifestum tamen est q̃ non deus sed homo ipse damnationis causa est. [Qui parturit in iusticiam] naz [concepit] per suggestionem diaboli propositum operãdi [malum] quod sine dolore non est [⁊ peperit iniquitatez] consumando peccatum. Lacum aperuit] inferni concipi endo fraudem [⁊ effodit eum] ampliando parturiendo ini quitatem [⁊ incidit in foueam] ipsam quando moritur in peccatis. Malum quod concepit [conuertetur in malũ] anime eius [⁊ iniquitas] quam peperit descendet [⁊ gra/ uabit supremam mentis partem] penis eternis subiciẽs eam. Laudabo dominum propter iusticiaz eius] qua ius tos protegit ⁊ malos iuste punit [⁊ psallam] opere [nomi ni domini altissimi] qui iustos a lamentis tristicie in gau dia sempiterna perducit.

¶ Psalmus. viij. in quo de exaltatione cristi ⁊ ecclesie dilatione.

Domine dñs noster valde admirabile est no men tue diuinitatis] super omne nomen: no/ men ineffabile ⁊ inenarrabile non in iudea tan tũ: sed [in vniuersa terra ¶ Per hoc te dñe admi rantur oẽs qui incolunt terrã. Quoniã filius tuus] quẽ tu magnificasti [eleuatus est de terrena humilitate] [super celos] ad dexterã tuã sedẽs sup oẽs creaturas rationales exaltatus. Ex ore infantiũ] hebreorũ [perfectã fecisti lau/ dẽ] magnificẽtie tue q̃ spiritu sancto inspirãte ⁊ instigãte

te deū ⁊ saluatorem mundi confessi sunt [propter inimi cos tuos] perfidos iudeos confundendos [vt destruas ini micum] .s. populū iudaycum te persequentem ⁊ diabolū sue secte [defensorem] ¶ Vere domine admirabile est no men tuum. Quoniā videbo celos opera digitorum tuo rū lunā ⁊ stellas] in ornamentū firmamēti in quibus ad mirabilis potentia ⁊ sapientia tua relucet. ¶ Propheta admirans exultationē humane nature in xpo ait. Quid ē homo] .s. vilis ⁊ miser [q̃ memor eius es] eū a pecca/ to liberando [aut quis est filius hominis] ade [q̃ visi/ tas eum] assumendo eius humanitatis naturam in perso nam filij dei visitasti eum ¶ Verbū caro factū est ⁊ habi/ tauit in nobis. [Minuisti eum paulominus ab angelis] quia passibilem ⁊ mortalem fecisti cuiusmodi angeli nō sunt facti per meritū tamen passionis sue [gloria] resurre ctionis [⁊ honore] ascensionis super omnes celos ⁊ ange los [coronasti eum ⁊ constituisti eū] caput ⁊ regem [super omnia opera manuū tuarū. Omnia subiecisti sub dñio ⁊ potestate eius] vt preesset omnibus ⁊ dominaretur cūc tis ad nutum [oues ⁊ boues vniuersas insuper ⁊ pecora campi. Volucres celi ⁊ pisces maris qui perambulant semitas maris] ad que omnia diuina prouidentia se exte/ dit. ¶ Ostensa tanta dignitate xpi concludens ait. Dñe] cui omis potestas data est in celo ⁊ in terra [dñs noster] nostram naturam assumens ⁊ in ea nos redimeris vere [valde admirabile est nomen tuū in vniuersa terra].

¶ Psalmus. ix. in quo de iudiciaria potestate cristi.

Confitebor tibi domine] confessione laudis [in toto corde meo] nō in parte tantū [pdicabo] ex cellētia q̃dā opa tua q̃ [oia certesūt admiratio ne digna]. Letabor] iterius [⁊ exultabo] exteri us intēsa leticia [i te] nō in rebus secularibus nō in iocū ditate rerū labiliū q̃a ibi nō est vera leticia [psallā] opere

gratias agens[nomini tuo]quod altissimū est. ¶ Leta/
bor dico ⁊ exultabo gratias agens. [Quia inimicus hu
mani generis diabolus per te conuertetur retrorsum]de
ficiēdo a proposito malicie sue ⁊ inimici nostri satellites
[infirmabuntur]in sua potestate quia bonis nocere non
poterunt[⁊ peribunt]in die judicij[a facie tua]sentenciā
te ⁊ puniente eorum maliciam ¶ Letabor insuper ⁊ exul
tabo tam animo quam corpore in te ¶ Quoniam fecis
ti]iudicium meum sumendo humanam naturam ⁊ pe/
nalitates eius vt pro me satisfaceres[⁊ causam meam]
fecisti ⁊ confirmasti aduersario meo condempnato: qua/
re merito[super thronum]futuri iudicij cum maiestate
magna[sessurus es]iusticiā singulis tribuens secundū
merita singulorum.[Increpasti]per predicationē apos/
tolorum[gentes]de ydolatria cui erāt dedite[⁊ perijt im
pius]diabolus amissa potestate qui adeo perijt vt[noīa]
ydolorum[deleueris]de terra[ineternū].[Errores]diuer
si quibus diaboli animas occidunt[defecerunt]per xpm
⁊ apostolos pro magna parte in primo aduentu. In secū
do vero ex toto deficient[⁊ ciuitates eorum]demonū cul
tui deditas per principes catholicos[destruxisti]: ydolorū
culturam ab eis excludendo ⁊ eas dei seruitio subiugan/
do.[Perijt memoria]ydolorum ⁊ ydolatrarū per soni/
tū]predicationis apostolorum ⁊ aliorum predicatorū[do
minium]vero ⁊ regnū cristi[permanet ineternū]Ex me
rito illius iudicij quo iudicatus est in mortē[paratā]ha
bet potestatem[iudiciariam]ad iudicandū[⁊ ipse]cui pa
ter dedit omne iudiciū facere[iudicabit orbē terre ⁊ po/
pulos in eqtate ⁊ iusticia]vniuscuiusq pmia cōdigna red
dēs. Et factus ē dn̄s refugiū pauperi]spū populo catholi
co. pauper aūt dicitur q̄ terrena cupiditate euacuatus ce
lesti desiderat largitate ditescere[adiutor i tribulatōne qn̄
oportunū ē]illud ē adiutoriū dulcissimū quod ī necessita
te pstatur Et q̄a refugiū es ⁊ adiutor. Sperēt i te]nō in
se aut i rebus q̄ tēporis volubilitate pertrāseunt[q̄ noue/

runt| per veram fidem potentiam ⁊ magnificentiã tuaȝ
|quoniam non dereliq̃sti omnino absq̃ consolatione lq̃
rentes te| fide ⁊ sanctis operibus. ¶Et ideo vos o fideles
pro tantis beneficijs. |Laudate dominum| gratias agen
do |qui habitat in ecclesia catholica| in qua illuminati ce
lesti gratia per fidem contemplantur deum |⁊ predicate
inter gentes admirandam prouidentiam ⁊ studiosam di
ligentiam| in reparatione humani|generis ¶Nolite time
re si tyranni occidunt corpus. Quoniam dominus non
est oblitus clamorem pauperum| occisorum quoniaȝ |re
cordatus est clamores eorum| glorificando eos ⁊ consolã
do ⁊ interfectores puniendo |requirens sanguinem eorũ|
de manu tyrãnorũ aliquãdo per penã tẽporalẽ aliquãdo
per eternam aliquando vtroq̃ modo. ¶Propheta in perso
na ecclesie. Miserere mei domine vide| oculo compassio
nis |depressionem| quaȝ sustineo ab inimicis meis ¶Tu
vide domine |qui elongas me a persecutionibus| heretico
rum ⁊ paganorum ac iudeorum ⁊ sectis eorum |que sunt
porte mortis| quia per eas est introitus ad eternaȝ mor
tem |vt annunciem| predicando |omnia opera laudabilia
tua| per que nomen tuum eximium toto orbe cele/
bratur annunciem dico existentibus |in portis ecclesie|
militantis |que ecclesie| triumphãtis filia est ¶Quia ex
altas me de portis mortis ideo |Exultabo in cristo ihesu
saluatore electorum tuorum| exultabo etiam in depres/
sione inimicorum meorum multi enim gẽtiles |in pecca
to q̃d fecerũt| occidẽdo corpora sanctoruȝ |obstinati mor
tui sunt| ⁊ in infernum dimersi. In laqueo mortis| quẽ
fraudulento consilio sanctis viris |parauerunt comprehẽ
sus est pes eorum| ipsis pena mortis anime ⁊ corporis sẽ
piternum illaqueatis. Cognoscetur iudiciaria potestas
dei iudicia faciens| cum reddet vnicuiq̃ secundum opera
sua |peccator| vero ex operibus manuũ suarũ comprehen
sus ẽ| q̃ dignus sit eternis supplicijs. Cõuertẽtur| i finali
iudicio |peccatores i infernũ| quod erit q̃n p̃ sentẽciã xp̃i
deiciẽtur in inferni profũdũ cuiusmodi sunt |gentes que

obliuiscuntur deum]. s. in fine morientes sine penitentie remedio ¶ Propheta de remuneratione sãctorũ loquẽs ait In finali judicio non erit obliuio pauperis spiritu] ⁊ si hic videantur aliquando esse in obliuione [patientia enim pauperum nõ carebit remuneratione] quia ⁊ si differtur non aufertur auxilium dei a sanctis suis. ¶ Propheta spiritu preuidens aduentum anticristi ⁊ periculi magnitudine perterritus clamans ait. [Exurge domine] ad judicandum excita potentiam tuam [non preualeat facere quod vult homo] peccati. s. anticristus homo pessimus in quo tanta erit versutia ⁊ potestas vt sola virtus tua possit superare eius nequitiam. ⁊ celerime [judicentur gentes] que cũ ipso seuerissime scelera magna facture sunt. ¶ Cõstitue] permissiue [legislatorem]. s. anticristũ [super eos] qui eum sequuntur non ad regendum sed ad eorum ruinã ⁊ subuersionem [sciant gentes] que anticristo adherebũt stientia experientie [quoniã homines sunt] fragiles ⁊ stulti ponentes fidem ⁊ spem in anticristo omnium hominũ pessimo. Vt quid domine recessisti lõge a sanctis tuis] tempore anticristi in quo despicere videris eos non liberando cito eos [vitam oportuno tempore quod est tempus tribulationis] ¶ Vere oportunum tempus erit subueniendi fidelibus iustis quoniam. Dum superbit impius] anticristus in potestate [pauper] populus cristianus obedire sibi nolens [cruciabitur] omni genere tormẽtorum: Verumptamẽ ipse ⁊ satellites eius [comprehendentur in consilijs quibus cogitant] cruciari sanctos quia ipsi in fine cruciatibus peribunt cum dominus spiritu oris sui interficiet anticristũ. ¶ Superbiet quidẽ impius ¶ Quoniã tamẽ anticristus homo peccati [laudabitur ⁊ bñdicetur] a suis adulatoribus eleuatus in supbiã magis ac magis delectabitur [in cruciatibus sãctorũ]. Peccator antixpus ex nimia adulatione adherentiũ sibi ita eleuabitur in supbiã ꝗ [blasfemabit deũ] Vsurpans sibi diuinitatis nomẽ q̃ [secundũ multitudinem ire] diuine contra se prouocate [nõ q̃ret penitẽtiã ſz morietur i sua obstinatõne iduratus

De antixpo

Non est deus in conspectu eius] non enim considerat deum omnia cognoscentem nec considerat eum futurum iudicem: ⁊ ideo [vie illius] cogitationes cōsilia ⁊ opera [sordent in omni tempore] vite sue. [Auferentur] a memoria sua [iudicia tua] ⁊ ideo non metuet illa superuenturа sibi pre elatione ⁊ obstinatione nimia [omnes vero inimicos suos] reges terre potentia ⁊ dolis [sibi subiciet] vt solus regnet ⁊ sedeat in templo dei extollēs se supra omne quod colitur ⁊ dicitur deus. [Et dicet] ex nimia elatione [in corde suo] ego securus sum in statu meo [non mouebor de gente in gentem] super omnes regnabo: dominium enim meum stabile erit atq; firmum [sine malo] inquietudinis aut aduersitatis. [Cuius os blasfemijs in xpm ⁊ contumelijs] in sanctos [plenum erit ⁊ amaris cōminationibus ⁊ dolis] decipiet multos [⁊ ligua sua] mādabit [laborem ⁊ dolorem inferri sanctis]. [Sedebit] semper cogitans ponere [occulte insidias sanctis] adherētibus sibi malis hominibus] huius seculi cupidis quos muneribus accumulabit sibi vt eorum consilio [interficiat innocentem]. s. fidelem populum sibi non obedientem. [Oculi eius in pauperem] populum cristianū crudeliter respiciēt quomodo depauperabit eum [⁊ quasi leo in spelunca sua meditabitur insidias] ⁊ artes quibus fraudulenter possit cristianum populum consumere. [Insidiabitur rapere] violentia [pauperem] populum cristianum. si vero sic non poterit curabit [rapere] pauperem fraudulentia [dum] cū blandicijs ⁊ promissionibus ad suas neqtias [flectere faciet]. [Captum vero fidelem. [In laqueo] promissionis diuitiarum [humiliabit eum] trahendo eum ad consentiendum ei ⁊ subiciet dominationi sue: ⁊ cum antichristus nimia felicitate in ocium remiserit animū [inclinabit se] ad delicias ⁊ voluptatem carnalem: sed dño nō patiēte eū amplius seuire in sanctos repētino interitu a suo dñio cadet [Decrito cadet quoniam. [Dicit in corde suo oblitus est deus] sāctorū suorū vt eos saluet [auertit faciē suā

ne videat] ea que in terra ⁊ in hoc mundo aguntur [vn/
de ꝗdiu seculum durabit sine fine regnabo]. ¶ Propheta
vt predicta mala cito finiantur petit accelerari judicium
dicens. [Exurge ad judicium dñe deus] qui videris domi
nari permittendo anticristo tanta mala inferre sanctis
tuis [⁊ exaltetur potestas tua] in vindictam eius [ne obli
uiscaris tuorum fidelium]. [Propter quid impius] anti
cristus suis blasfemijs [irritabit deum] nisi ḋa [credit] ꝙ
deus tanq̃ nesciens aut impotēs [non requireret] facta sua
ad puniendum. ¶ Sed ipse anticristus fallitur: quoniā tu
domine qui nosti oia. [Vides laborem ⁊ dolorem] quos
sanctis tuis intulerit [⁊ consideras] qualiter anticristuz ⁊
complices suos tradas [in manus justicie tue] ad punien
duz. ¶ Et hoc merito. [Quoniā tota spes populi xp̄iani
in te est] vt eū protegas [⁊ ideo ipi tanq̃ orphano pater/
no solatio destituto tu eris adiutor]. [Contere potenti/
am] anticristi [peccatoris] in se ⁊ maligni in alios discuti
es a te peccatum illius] si sit amplius vtile ad purgatio/
nē electorū ⁊ non inuenietur vltra ad hoc esse vtile eo ꝙ
sufficiēter erūt purgati ⁊ sic anticristus ⁊ cōplices deicie
tur in ignē inferni. ¶ Tunc destructo anticristo manifeste
[Innotescet regnum eternū ⁊ dominiū xp̄i sine fine paci
ficum: peribunt autē anticristus ⁊ complices sui pagani
iudei heretici ⁊ falsi cristiani [de terra illius] .i. de regno
quo soli beati perfruuntur. ¶ In quo. [Desiderium iusto
rum exaudiuit dominus ardorē vero desiderij eorum] ad
participandam beatitudinē tuam intellexit clemētia tua
Judicare ergo pro populo xp̄iano humili] qui erit in fi/
ne mundi pro eo ferendo sentenciam sic [vt non apponat
magnificare se super terram] superbus ille anticristus vt
fecit qui erit purus homo nō deus licet a demone posses
sus ostendet se tanq̃ sit deus.

¶ Psalmus. x. in quo docet resistere hereticis
ḋ fideles nituntur in suā prauitatē cōuertere.
¶ Vox ecclesie.

IN domino confido] teneus eius fidem q̃ est mõs in verticem montiũ [quomodo] ergo vos o here/ tici [dicitis anime mee trãsmigra] ad nos qui su mus per excellentiã sicut mons altus scientia ⁊ vita/ ⁊ heretici petitis a me transire de veritate ad falsitatẽ a lu ce ad tenebras heretice prauitatis. hoc ego non faciã q̃a si hoc faceré ero [sicut passer] instabilis ⁊ vagus q̃ ad ne/ quissimas predicationes leuitate inconstãtie animi trãs fertur ¶ Ideo autẽ in domino confido. Quoniam pecca tores]. s. heretici [intenderunt potentiã verbositatis sue parauerũt] insidiose [verba venenosa ⁊ acutas sentẽcias] quas de scripturis sanctis iuxta voluntatẽ suã detorquẽt vt ambiguis ⁊ obscuris sentẽcijs vulnerent animas sim plicium. ¶ domine. Intellectuz verum ⁊ sanũ legis tue quẽ de scripturis sanctis per sanctos tuos doctores eccle/ sie exponendo perfecte edidisti heretici male exponendo. [peruerterunt ⁊ destruxerunt] q̃tum in eis fuit qui fal/ sis interpretationibus scripturas sanctas lacerare moliũ tur conuertentes in quorũdã necem que a domino prola ta sũt ad salutẽ [iustus autẽ]. s. cristus [quid faciet] respõ detur q̃ reddet bona bonis ⁊ mala malis ¶ Dominus] enim facere fideles suos bonos [tẽplum suũ] in habitãdo in eis per gratiam ⁊ inhabitando sanctificat ⁊ celestes ef ficit [in quibus ipse sedet]. Oculi eius in populum xp̃ia num respiciunt] ei miserando ⁊ ad ipsum protegendũ [⁊ oculi eius scrutantur actus ⁊ cogitationes [filiorum ho/ minũ]. Dominus scrutatur] ⁊ inquirit iustũ actus eius inquirendo ⁊ hoc ad remunerandũ : impiorum aũt ad pu niendum [qui diligit iiquitatẽ odit aiaz suã] quia ei eter na supplicia preparat. ¶ Propheta de pena malorum ait. [Pluet super peccatores laq̃os] indissolubiles penazum quia eterne erunt pene eorum [ignis] inextinguibilis [fe tor] intollerabilis [remorsus] constiẽtie incessabilis ⁊ hee pene [pars calicis eorum] mẽsurabuntur iuxta modum ⁊ mensuram meritorum eorum. ¶ Et hoc facit dominus [Quia justus est ⁊ justicias dilexit] vnũquẽq̃ secundum

proprium opus judicans [q equitatem vidit vultus eius] vt justis premia peccatoribus penas tribuat condignas.

¶ Psalmus. xi. In quo propheta petit a malis huius mundi liberari.

SAluum me fac domine [a mundi malis q periculis quoniã in aliquo alio non est salus ideo timẽtem q exclamantẽ exaudi [quoniam defecit sanctitas] in hominibus pauci sancti sunt inter tot malos [quoniã diminute sunt] veritates. s. vite q doctrine q justicie a filijs hominum. ¶ Vere diminute sunt veritates a filijs hominũ. quoniã. [Vana]. s. falsa [locuti sũt vnusquisq; ad decipiendum [suum proximum labia dolosa] existẽtes quia garrula ad oblatrandum q dolosi ad decipiendum q vere dolosi [sunt quia duplici corde locuti sunt] aliud dicẽtes q aliud in corde retinẽtes. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa] vt judeorum qui dolose q fraudulẽter loquuntur de cristo q hereticorum [q linguã magniloquã arroganté q extollenté se vt est superborũ: ypocritarum q vanorum philosophãtiũ. Qui. s. philosophi [dixerunt linguã nostram magnificabimus] loquacitate se extollẽtes q de potestate labiorum se jactantes dicẽtes [labia nostra] facundia nostra sentẽtie quas proferimus nostro ingenio q studio habite sunt doctores [ex nobis ipsis habemus] non aliunde [quis noster dominus est] a quo predicta vt a dño cognoscamus q cuius legi nos subiciamur: quasi diceret nullus. ¶ Quia mala predicta faciunt dicit deus pater. Propter miseriam] tollendam quã sustinẽt justi [q gemitum eorum] nunc tempore gratie ne diutina tribulatione grauentur [apparebo] in filio meo incarnato quod ante in priori seculo non feci. Donã in ihesu filio meo consolationem] pauperum [q potenter q efficaciter agã] omnia per eum genus humanum liberando itaq; ei nichil resistet. ¶ Et hec certissime euenient ꝗa. [Eloquia dñi eloq̃a casta sunt] nulla adulterina falsitate corrupta

pulchra pura ⁊ rata sicut [argentum examinatum purga tuz multipliciter] ab omni terrena cõmixtione ⁊ ideo certissima habenda sunt. ¶ Quia talia sunt eloquia tua ¶ Tu domine] pro certo [seruabis nos] hic in presenti ⁊ ab hostibus protegẽdo per gratiam [⁊ custodies nos] liberando ab omni generatione malorum in futurũ per gloriam.

Tu dñe seruabis nos sed. [Impij] qui sunt absq; pietate religionis in deum ⁊ compassionis in proximũ [in circuitu viciorum ambulant nõ pertingẽtes ad mediũ virtutis ⁊ ideo nunq; ad rectam possunt semitam peruenire ⁊ per consequẽs peruenire nequeunt ad requiẽ beatam [secundum altitudinẽ] autẽ consilij tui quod est incõprehensibile [multiplicasti electos tuos] in virtutibus per quas eos facis ad participandã beatitudinem tuã peruenire.

¶ Psalmus. xij. in quo de desiderio sanctorum patrum ad aduentũ xpi.

Propheta in persona justorum.

bonis [ꝛ ex omnibus tribulationibus liberauit eos] prote
genda eos a malis spūalibus ꝛ aliquando etiā a corporali

bus vt tres pueros in camino ꝗ danielem in lacu leonum
ꝛc. ¶ Non est mirandũ si dominus exaudit iustos quoniã
[Iuxta est dominus] non loco quia deus non est localis sed
auxilio paratus ad subueniendũ vel liberando eos uel vir/
tutem patiẽtie tribuendo ad maius eorũ meritũ [ꝗ humi
les spũ saluabit] quoniã ipsorum est regnũ celorũ. ¶ Dico
humiles saluabit non vtiqz ut nichil hic patiantur quia.
Multe tribulationes iustorũ] quia a dyabolo ꝗ ab inuidis
hominibus siue ex proprijs passionibus sepe affligũtur hoc
permittente deo ut per patientie meritum veniant ad ma
ius premiũ sz in futuro [de omnibus hijs liberabit eos do
minus] quando absterget deus omnẽ lacrimam ab oculis
sanctorũ suorum. ¶ Interim in electis suis ¶ Ossa] .s. fir/
mamenta fidei patientiaz ꝗ alias virtutes illesa finaliter
[custodit vnũ ex hijs non peribit in eis] non mãsuetudo p
iram quia non murmur resonat non presentia per iniusti
tiam immo in patientia possidebũt aias suas. ¶ Non sic e/
rit de malis quia. Mors peccatorum pessima] mors cor/
poralis mala non quia est priuatio corporalis vite mors
spiritualis que est priuatio vite gratie peior ꝓto vita gra
tie est melior vita nature/sed tamen nõ est pessima quan
do peccator est in presenti uita in qua potest redire ad spi
ritualem per penitentiam sed mors gehẽne est pessima/a
qua non est possibilis reuersio ꝗ horũ peccatorũ potissime
mors erit pessima [qui oderunt iustũ] cristum dñz nostrũ
qui per excellentiam dicitur iustus. ¶ Mors aũt iustorũz
non sic quoniam. Redimet dominus animas seruorũ suo
rum] precio mortis sue quoniã qui in ipsum recte credide
rit a peccatorũ debita captiuitate redimentur [ꝗ non deli
quet] finaliter qui spe caritate formata [sperant in eo] in
quo est remissio peccatorũ.

¶ Psalmus. xxxiiij. ¶ In quo de christi passione.
Vox cristi ex parte humanitatis conquerẽtis de iudeis
ꝗ ultionẽ expetẽtis de eorũ i hũanissima persecutiõe air

Iudica domine] iudicio cōdempnationis iude/
os [nocentes me] reddendo eis secundū opera eo
rum [et expugna deuince expugnantes me] iniuſ
te. Expugna inq̄ et ad hoc. Apprehēde arma]
pro me ad impugnādum dando nobis virtutes quibus inimicos arceamus et opprimamus [et scutū] ad protegendum dando nobis virtutes quibus possimus ictus inimicorum repellere exsurge manifeste [in adiutoriū michi] presentialiter michi succurre. Euagina gladiū] ire tue in iudeos mitte. Titum et vespasianū quibus perdantur in vindictam meā [conclude eos] tanta hostiū multitudine ut nec vnus quidem de ciuitate egredi uel ingredi possit sed ibi fame cōsumātur [qui persequūtur me] fac manifestū per effectum [anime mee q̄ tu es salus] eius. Confundātur] confusione mala [et timore horrescant] qui satagunt auferre vitā meā Auertātur] adeo ut sint [retrorsum] non valētes perficere quod intendunt sed deficiāt ī posterius [et confundātur] de peccatis suis [cogitantes mala contra me. Fiāt tanq̄ pulvis] vt sicut puluis non potest resistere ventis ita nec ipsi hostibus [et angelus malus] vbicūq̄ fuerint sēper eos [affligat et eis dominetur. Fiat via eorum tenebrosa] ut non videant quo fugere possint [et lubricosa] vt fugiētes cadāt [et angelus domini persequens eos] et cogens ut facile capiantur. Et hoc idco. Quoniā sine causa] cum nichil mali eis fecissem [absconderunt michi] iudei [insidias] latēter sicut auceps cū retbe insidiatur aui vt me occiderēt [et sine aliqua eorū vtilitate exprobrauerūt animā meam] obprobria michi mendaciter inferētes. Laqueus captiuitatis] per romanos principes [quem ignorāt veniat illis et fraus quā apud se] occulte disposuerūt [ut me occulte et improuise caperēt [apprehendat eos] et subito et improuise capiātur [et in laqueū eūdem mortis] quem michi moliebantur [cadant ipsi. Hec predicta illis fient Anima aūt mea] in domino a malis oībus liberata [exultabit in dño] recōgnoscēdo a deo suscepta benefitia [et delectabitur] ī saluatione qua saluata est in resurrectione. Letabuntur] etiam mei inre/

surrectione mea quoniam ⌊omnia ossa⌋ .i. apostoli ⁊ predi
catores fortiora membra corporis mei letabūtur gratias
agētes q̃ post resurrectionē vbiqȝ terrarū laudabūt ⁊ p̄dica
būt ⌊dicentes dn̄e quis similis tui⌋ nullus. ¶ Quoniam tu
es. Qui eripuit⌋ genus humanū cui non erat adiutor ⌊de
potestate dyaboli ⁊ membrorū⌋ qui naturaliter fortiores
sunt homine ⁊ idem genus humanū ⌊egenuȝ⌋ sapientia ⌊⁊
pauperem⌋ virtutibus ⌊eripuit⌋ a potestatibus tenebrarū
quarū tāta est potestas ut possent ⌊diripere⌋ pauperes tuos
nisi tu adiuues. Surgentes testes iniqui⌋ sicut principes
iudeorum ⁊ inducti ab eis ⌊interrogabant me⌋ vt possent
extorquere aliquod verbum aut factum dignū reprehensi/
one quod sciētia approbationis ⌊ignorabā⌋ .i. quod nunq̄
sciuissem facere. ¶ De ipsorū ingratitudine subiungēs ait.
Retribuebant michi mala pro bonis factis⌋ tam in vete
ri testamento q̄ in nouo ego attuli eis vitam ipsi morteȝ
retribuerūt ego honores ipsi cōtumelias ego medicinā ip
si vulnera cū tamen cibus meus esset fides ⁊ salus eorūȝ
in omnibus hijs retribuebāt ⌊sterilitatē anime mee⌋ quia
in eis fructum fidei reperire non potui. ¶ Illi retribuant
michi mala. Ego autem cum michi molesti essent⌋ et in
me seuirēt ⌊indutus cilicio⌋ carnis humane similis alijs ho
minibus non exercui potētia diuinitatis in eos sed magis
quasi vnus de peccatoribus reputatus omnia patiēter su
stinui. Affligebar⌋ in anima mea ⌊ieiunio⌋ illo q̄ nulla bo
na opera in iudeis inuenirē que in epulas spirituales assu
merem qui tamen esuriebā ⁊ sitiebam salutē eorū ⁊ nichi
lominus ⌊oratio mea⌋ ex quo detestabiles iudei suscipere
non merentur in secretum pectoris mei vnde fuerat egres
sa remeabat. ¶ Licet michi molesti forent iudei ego tamē
Sic michi cōplacebam⌋ in eis habendo me ad eos sicut ad
proximū ⁊ sicut ad fratrem quādo eos docebaȝ ne delin/
querent quando pro ipsis in cruce positus supplicabam ⁊
tamen cuȝ nollent cōuerti ego sic humiliabar quasi pater
⌊lugens⌋ filiū ⁊ ⌊contristatus⌋ de morte filij mei sicut affli
gebar de perditione eorū ¶ Hijs non obstantibus ipi iudei

ingrati ꝛ maliuoli iperia libertate ⌊letati sũt⌋ in hijs que michi aduersa fuerũt ⌊cõuenerũt in vnã prauã volũtatẽ⌋ vt me cõprehẽsũ cricifigerẽt parata sũt sup me variã tormẽta ꝛ ignorabã quarẽ hoc michi faciebãt q̃a.s.nõ promerui. Dissipati sũt⌋ i.dissoluti ꝛ attoniti visis miraculis in passione dñi sol tenebras accepit: terra tremuit: velũ tẽpli scissũ est: nec tñ pre duricia cordis ⌊cõpũcti sũt⌋ de sua iniq̃tate ad penitẽtiã: sed ⌊tẽptauerũt me⌋ dicẽtes si filius dei es descẽde nũc de cruce ⌊ꝛ subsanauerũt⌋ deridẽtes ⌊me⌋ dicentes. Vach qui destruis tẽplũ ꝛ i tribus diebus rehedificas illud ꝛc. frẽduerũt super me dẽtibus suis ferino ꝛ bestiali more in me seuiẽtes. ¶ Hec michi illi faciũt sed o. Dñe quãdo respicies me⌋ oculo tue pietatis ꝛ misericordie vt me resuscites. oro non diu differas sed ⌊resti tue⌋ tercia die ⌊aiam meã⌋ corpori meo ⌊propter malignitatẽ iudeorũ⌋ qua me morte volũt concludi ꝛ detineri ꝛ a superbia eorũ qui vt leones seuiũt libera ⌊vnicã meã⌋ .i. carnẽ meã q̃ licet sit similis aliorũ hominũ carni vnica dicitur / quia de virgine / quia sine peccato / q̃a vnita filio dei. ¶ Restitue dico aiaȝ meã ꝛ si hoc feceris. Laudabo tẽ⌋ gratias agẽs ⌊in ecclesia magna⌋ q̃ de oibus gẽtibus collecta est ⌊ꝛ in populo graui⌋ ponderatũ virtutibus ac grauẽ ꝛ honestũ bonis operibus ꝛ stabili per virtuteȝ quẽ non mouet ventus tẽptationis ⌊laudabo te⌋ ¶ Non supergaudeant michi⌋ non letẽtur super me ⌊qui aduersãtur michi⌋ ini quiq̃si victores: quod facerẽt nisi mortuus resurgerẽ qui oderunt me ⌊sine causa ꝛ annuũt oculis⌋ nutibus ꝛ signis me diligere simulãtes vel alios cõcitãtes ꝛ prouocãtes ad derisionẽ mei ¶ Vere annuũt michi oculis vt ypocrite ostendentes nefanda dolositate vultu ꝛ verbis quod non habent in corde. Quoniã michi quidẽ pacifice loquebantur⌋ dicentes. Magister scimus quia verax es ꝛ viam dei in veritate doces ꝛc. hec ꝛ similia verba pacifica sunt sed sub adulationis figura dolum continebant ⌊ꝛ in iracundia graui quã de terra non perdenda habebãt⌋ .s. ne perderẽt locũ ꝛ gentẽ loquẽtes ⌊dolos cogitabãt⌋ quomodo me occiderẽt. Et dilatauerũt⌋ i passione

[super me os meū] nō iā ānuētes oculis sed libera ⁊ aperta voce morté inclamātes crucifige crucifige eū. O sceleste facinus negauit iudex fieri quod populus clamabat impleri cōsequēter in ipsa morte [dixerūt] insultādo ⁊ irridēdo [euge euge] iā viderunt oculi nostri facta tua ⁊ mirabilia ꝙ nichil sūt aut dolosa: vidimus iā ꝙ de te desiderauimus efficere vt suasor plebis cuȝ latronibus in cruce pēderes. Vidisti dn̄e impietaté eorū] ꝙ crudeles sint illi michi vidisti eorū nequiciā ⁊ meā innocētiaȝ ⁊ ideo [ne sileas] sed profer sententiā [ne discedas a me] in passione subtrahēdo michi auxiliū. Non discedas a me dn̄e sancte pater sed potius. Exurge] ostendēdo potentiā tuā q̄ dormire videris dissimulando ⁊ [intende iudicio] quo iudicatus sū a iudeis ⁊ considera quale iudiciū sit: iudiciū sine iure tormenta sine scelere morté sine peccato [dn̄e deus meus intēde in causaȝ meā] pro qua patior que pia est q̄a pro redēptione humani generis patior ⁊ morior non pro peccatis meis. Iudica me secundū iusticiā tuā] q̄ non cōdēpnat innocētes sed impios: ⁊ ostēde me iustū ⁊ innocēté faciēs me tercia die resuscitari [⁊ non supergaudeant michi] quasi victores in causa qui gaudēt me cōprehēdisse ⁊ morti tradidisse. Oro insuper. Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre] .i. bn̄ bn̄ ē nobis q̄a fecimus quod voluimus occidimus ostēde eis me tercia die resuscitando ꝙ nichil fecerit ⁊ vt non gaudeāt dicētes [deuorauimus] ⁊ extinximus nomē eius. Sed potius i clarificatione resurrectionis mee. Erubescant] tanꝙ frustrati intentione sua pessima [timeant omēs simul] penā ⁊ repentinum interitum [qui gratulantur malis meis. Induantur confusione] hic [⁊ erubescentia] sine timore ex omni parte [qui maligna loquuntur sup me]. Econtrā orat cristus pro fidelibus adherentibus sibi dicens. Exultēt] exterius [⁊ letētur] iterius [q̄ volūt iusticiā meā] imitari [⁊ dicāt sēper magnificetur dn̄s q̄ diligunt pacē] quā ego seruus dei posui mea morte inter deuȝ ⁊ hoīem. Et ligua mea] .i. sācti mei per quos q̄si per propriā linguā meas in ecclesia denūcio volūtates [meditabitur ius

ticiā tuā] nouā legē predicādo q [tota die] presentis vite [te laudabilē in ecclesia annunciabit]

Psalmus. xxxv. in quo ostenditur mala nobis bona vero attribuenda esse deo.

Duo sūt genera pecantiū vnū quod credēs legi p ifirmitatē tñ carnis q̄ sūt iussa legis nō cōplet Aliud est genus peius. s. audax quod sibi proponit libera mēte peccare q de isto propheta loquēs ait.

Dixit iniustus]. i. deliberauit q statuit [in corde suo] q decreuit apud se vt delinquat vt semper peccet obduratū cor habēs q hoc ideo [quia nō est timor dei] qui ē frenū peccanti [ante oculos eius] Et hoc patet. Quoniā dolose egit i cōspectu eius] q̄a cū sciret deū oia videre timore tñ eius postposito q lege eius contēpta deliberauit in corde suo peccare quare cū propria volūtate nullo impellēte peccet [iniq̄tas eius odio habetur] apud deū ad vindictā sēpiternam. Verba oris iniusti siue iniq̄]. s. judei vel heretici cuiuslibet [plena sūt iniquitate] quo ad aperta mala [q dolo] quo ad occulta q hoc ideo q̄a [noluit intelligere vt bñ ageret] sed a vero itellectu suo vicio declinās puersis erroribus polluit q ideo veniā nō meretur. Iniq̄tatē] longe deliberatiōe [meditatus est] in secreto cordis sui dedit se studiose omni generi peccati [malicia autē] omniū criminū matrem [non odiuit] sed dilexit. Propheta ostēdēs bona omnia a deo esse inq̄t Dñe in celo. i. celestibus viris specialiter [ē misericordia tua] vbi copiosius dona a te emanauerūt hoc eni bonū quod habēt vt. s. sint celestes viri altitudie contēplationis nobilitate cōuersationis q sāctimonia vite nō ē ab eis: sz a te. similiter a te ē q̄ amplior [noticia veritatis veniat p reuelationē ad doctores p quos tāq̄ p nubes pluētes] verbis coruscātes miraculis ymbrē salutis. emittis vt fideles fructū dēt fidei q̄ steriles fuerāt ariditate peccati. Iusticia tua]. i. istitui maxime q apostoli

qui capaces diuine iusticie deuotis vsibus extiterunt [si/
cut montes dei] qui a solis ortu radios noue lucis exci/
piunt ⁊ ad conuallesterrarū refusa claritate trāsmittūt
[iudicia] q̃bus horū miserere ⁊ hos excecas sūt incōpre
hēsibilia ⁊ inscrutabilia ad modū [abissi] ¶ Sub tua proui
dētia est status tā hominū electorū ꝗ reproborū. Salua
bis] hos. s. reprobos salute corporali tantū nature neces
saria comuniter prouidēdo: electos vero spiritualiter ani
mas eorū saluādo ⊙ deus [quēadmodū multiplicasti mi
sericordiā tuā .i. ꝗ incomprehensibiliter ⁊ mirabiliter
multiplicasti. Filij hominū] vero rationabiliter viuētes
specialiter in protectione spirituali tua [sperabunt] se re/
cepturos eterna bona que [alarū tuarū] .i. veteris ⁊ no/
ui testamentorū testimonijs describuntur. ¶ Merito spe
rabūt iusti in protectione tua quoniā habūdāter ⁊ delicio
se refices eos Inebriabūtur. i. saciabūtur eni sine fastidio
[ab vbertate domus celestis glorie ⁊ torrēte copiose de/
lectationis tue potabis eos] ¶ Quod facere poteris o xpe
Quoniā apud te est fons vite] indeficiēs [⁊ i lumine] glo
rie tue eleuati ⁊ confortati [videbimus lumen] tue diui/
nitatis. Protende] ⁊ longe lateq̃ diffūde [misericordiam
tuā] recte in te corde firmissimo [credētibus] vt in isto se/
culo sub dñi pietate degāt ⁊ iusticiā. i. vite rectitudinem
bijs qui dirigūt se ad voluntatē tuā vt quod bene volūt
perficiant. Pretēde dñe misericordiā vt. Non veniat mi
chi pes superbie] superba affectio nulla mentis elatio mi
chi surrepat [⁊ manus peccatoris] .i. dyaboli impulsio si
ue tēptatio [non moueat me] a statu rectitudinis ⁊ salu/
tis. ¶ Bene dixi non veniat michi pes superbie quia. Ibi
ceciderūt] quasi de alto in profundā foueā corruētes oēs
[qui operantur iniquitatē] omnes eniz in superbie vicio
cadunt quia dñi iussa contēpnunt vt primus angelus ⁊
primus homo qui [expulsi sunt] angelus de celo ⁊ homo
primus de paradiso nec potuerunt stare q̃a dñs expulit
eos cui nemo resistere potest.

¶ Psalmus. xxxvi. in quo ostenditur
prosperitas malorū contēpnēda.

Fuerũt qui murmurabãt de flore malorũ ⁊ de labore bonorũ quasi omnia casu regantur contra hunc errorẽ occurrit propheta inquiens.

Noli inuidere male agẽtibus in suis operibus vt eadẽ facias aut inuidere prosperitati eorũ vt illã concupiscas nec amaueris faciẽtes iniq̃tatẽ sequendo eorũ conuersationẽ q̃a licet eorũ natura sit diligenda iniquitas tñ eorũ odio habenda est. Ideo ne emuleris. Quoniã tanq̃ fenũ gloria ⁊ prosperitas malorũ velociter arescet ⁊ quẽadmodũ viriditas herba/rũ cito decident quasi diceret breuiter durabit sicut ista breuiter durant. Noli ergo vir iuste malorũ prosperitati inuidere sed. Spera in dño hoc introitus fidei hoc initiũ salutis est ⁊ fac bonitatẽ q̃a fides sine operibus mortua est ⁊ inhabita per confessionẽ fidei ecclesiã nó. recedẽdo ab ea ⁊ pasceris ad saturitatẽ ⁊ suauitatẽ perbennẽ diuitijs spiritualibus eius quarũ thesaurus est ipse cristus cuius beata visio est eterna sanctorũ omniũ refectio. Delectare ergo non in desiderijs carnis nó in rebus trãsitorijs seculi sed in dño pone omnẽ delectationẽ ⁊ dulcedinẽ ac desideriũ mẽtis tue in eo cõstitue vt suauis sit tibi recordatio eius vt ames quẽ times spreta mũdi iocũditate ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui quas. s. spiritus rationalis petit. s. bona gratie ⁊ virtutis. Quas vt det Reuela explica in oratione tua vitã tuã desideriũ tuũ dño indica quid pateris quid velis dilectionẽ eius petẽdo ⁊ cõfidei eo q̃ retribuet tibi ⁊ ipse faciet illud quod speras ⁊ confidendo expectas. Faciet quidẽ quoniã. Educet in publicũ opera iusticie tue quasi lumẽ alijs i exẽplũ virtutis ⁊ q̃ secundũ habitũ iusticie tue iudicas facienda faciet prosperari vsq̃ ad perfectionẽ iusticie debitã sicut ascẽsus solis perficitur i meridie ⁊ faciet clara ⁊ laude digna in cõspectu hoim sicut meridiẽ que est clarior ps diei interĩ vero subditus esto deo ei humiliter ⁊ deuote seruiẽdo ⁊ ora eũ pro te pie ⁊ pseuerãter ⁊ cõseq̃ris itẽtũ

Noli indignari in hoie q̃ prosperatur i mũdo isto] vt velis imitari eũ nõ te terreat impij felicitas q̃a breuis est noli etiã imitari [hominẽ faciẽtẽ iiusticias] psequentẽ iustos libere ⁊ impune licet videatur prosperari in malicia sua. Sed tu. Desine ab ira] ne irascaris de flore malorũ q̃a inde irasci ⁊ indignari ẽ contra dñm murmurare ⁊ prope blasphemare [⁊ derelinq̃ indignationẽ noli indignari] de prosperitate malorũ [vt cõformes te eis mala faciendo] Quoniã q̃ mali sũt] ⁊ si modo floreant [proiciẽtur tñ in futuro extra terminos terre] viuentiũ [sustinentes aũt] .s. qui aduersa ferunt ⁊ presentia despiciunt propter [dñm] q̃ nõ fallit ⁊ oia potest [ipsi hereditabũt terrã] viuẽtiuz. Sustinẽtiã aũt istã non longissimã putes quoniaz. Adhuc pusillũ] .i. parũ tẽporis [restat] non ergo tedeat te [⁊ nõ erit ipius] pro quo genus subtractuz de medio [⁊ q̃res felicitatẽ eius ⁊ non inuenies] quia euanuit. Mãsueti aũt] qui patiẽter expectãt bñplacitũ dñi q̃ cor suũ in puritate possident [hereditabũt terrã] viuentiũ [⁊ delectabuntur in multitudine] superne pacis q̃ est perfecta vbi nulla guerra nulla seditio nulla discordia sed teq̃ es opulenta. Tũc in futuro erit pax iustis sed nec bellũ quoniã. Peccator dolens] de bono virtutis iusti [obseruat] occultis insidijs si aliquid possit habere cõtra eũ siue vt capta oportunitate eũ alliciat ad cõsimilẽ vitã: ⁊ si nõ potest allicere motus ad irã [stridet super eũ dẽtibus] malicie vt furens belua vt quẽ non potest subuertere conatur occidere. Peccator aũt sic faciet: sed dñs faciet ⁊ ostẽdet [eum irrisibilem] ⁊ dignum obprobrio iudicabit quia ab intento fraudabit eum [quoniam prospicit q̃ veniat dies] retributionis [eius]. Merito dominus irridebit tales quoniã. Gladium] multiplicis persecutionis manifeste [euaginauerunt peccatores] aduersus sanctos ⁊ quãdo sic non proficiunt [intenderunt arcum suum] .i. dolos quibus occulte noceant. Intenderunt arcum. Vt decipiant] dolis pauperem cristi ⁊ humilem spiritu ⁊ euaginauerunt gladium [vt trucident] cõstantes [⁊ firmos in fide xpi] vt martires q̃ [recti sũt corde] sz carne trucidãtur

Gladius eorum intret in corda ipsorum]. i. moriantur morte quã alijs parauerũt [q dolus q insidie eorũ] siue potestas nocendi [frustrétur ne valeant adimplere quod male cupiunt] Bene dictũ est superius noli emulari in hoie qui prosperatur in rebus huius seculi. Quoniã melius est modicũ iusto] cũ iusticia [ꝗ multa in peccato] melior enĩ est pauper cũ timore dei ꝗ thesauri magni. Vere melius est. Quoniã brachia]. i. potestas q fortitudo q̃bus impij presumunt [conterentur] in futuro q diuitie in quibus confidebant [iustos autẽ confirmat dñs] ne a bono virtutis moueãtur in prosperis vel aduersis Cõfirmat autẽ iustos dñs. Quoniã nouit dñs] noticia approbationis [opera] virtutũ q̃ iusti fecerunt q q̃a [sine macula] sũt [hereditas eorũ ineternũ erit. Non confundẽtur] in die iudicij sed honorabuntur quia tunc eis dicetur venite benedicti patris mei: sed impij [cõfundẽtur] quibus dicetur Ite maledicti in ignẽ eternũ q tunc impij esuriẽt per carentiã omnis boni [Iusti autẽ saturabũtur] per adeptionẽ sũmi boni sacietate eterna q quia dominus iusticiam exercebit in peccatores: vere peccatores peribũt. Peribũt quidẽ peccatores. Quoniã inimici dñi mox vt bonorificati fuerint q exaltati] honoribus q potentia [quẽad modũ fumus] qui quãto magis ascendit tãto citius euanescit statim [deficient] Deficient merito peccatores quoniã. Mutuabitur peccator q non soluet] quando dei verbũ audit q non illud suis operibus implet: quãdo dei diuersa beneficia recipiat q nullã gratiarũ restituit actionẽ: sed cõtra proteruus q tãꝗ nichil acceperit sẽper ingratus ẽ [iustus aũt] ꝗuis hic pauca suscipiat pia deuotione plura [restituit largiter] in oibus gratias agẽs miseretur pauperibus q distribuit eis si habet terũ facultatẽ quod potest si nõ habet dat beniuolentiã dat cõsiliũ vel saltem orationẽ. Ideo miseretur iustus q dat q̃a scit ꝗ Bene dicẽtes] ipsi deo gratias de oĩbus bonis susceptis agẽtes nõ solũ verbis sz vita [hereditabũt terrã] viuẽtiũ [maledicẽtes aũt] tã lingua ꝗ vita vt plasphemi q dei legibus inobedientes a iustorum promissa beatitudine disperibunt

Hominis] iusti [gressus a dño dirigentur] vt non decli/
nent a rectitudine iusticie qui iam corde directus fue/
rat [viam dñi cupiet] sequi saluatorē amando qui est ve/
re nostra via veritas ⁊ vita. ¶ In qua via domini. Cuz ce
ciderit iustus] etiaz p peccatum mortale [non collidetur]
irreparabiliter sine per desperationem: sed redit per pe/
nitentiam si sit de predestinatis [quia dominus supponit
manum] misericordie sue reducendo eum per penitentiā
ad gratiā ¶ Nam vt ait propheta. Junior fui eteniz se/
nui ⁊ non vidi justū derelictū] a deo finaliter [nec imitato
res] iusticie illius [querentes pane] temporale in egestate
existentes ꝓtum ad vetus testamentū ⁊ hoc cōmuniter:
ꝓtum vero ad sensū spiritualē tales non querunt panez
spiritualē. s. delectationē bonis operibus coniunctaz sine
participatione sapientie ⁊ iusticie cristi: quia talis panis
presto est querentibus ipsū. ¶ Vere iustus nō eget. Quia
omni tempore miseretur] affectu misericordie iniuriā pa
cientibus [⁊ cōmodat] Unde diues est de doctrina de pie
tate de iusticia de patientia ceterisq; bonis quibus frui/
tur mens illa sanctissima: ⁊ semē bonorū operum [eius]
siue imitator fidei eius [in benedictione glorie erit] audi/
ens ¶ Venite benedicti ꝛc. ¶ Et ideo tu quicunq; es. De
clina a malo]. i. a peccato obseruando precepta negatiua
[⁊ fac bonum] obseruādo precepta affirmatiua ⁊ per hoc
[inhabitabis] cū deo in eterna beatitudine [i seculū seculi
¶ Et hoc ideo. Quia dñs amat iudiciū]. i. eqtatē iustuz
eni est ⁊ equū vt ipse auctor iusticie [nō derelinquat eos]
qui eius eligūt precepta cōplere nō ergo [derelinquet sāc
tos suos sed in eternū] cōseruabūtur. ¶ Ē cōtra. Iniusti
puniētur] pena eterna [⁊ imitatores eorū peribūt cū eis:
iustis in eternū saluatis ⁊ cū dño permanentibus. ¶ Iusti
aūt hereditabūt terrā] viuentiū [⁊ inhabitabūt in seculū
seculi super eā]. Merito iusti hereditabunt terrā quoniā
Os iusti sapientiā] q̄ ē de deo ⁊ eternis [loq̄tur] proceden
tē ex corde: recte sapiat [⁊ lingua eius] q̄ sentit de deo cuz
iudicio ⁊ discretione [proferet] ad instrutionē aliorū. Nō

solum in ore iusti est. Lex dei: sed in corde ipsius est per iugem meditationem q quia lex dei peccare uetat q bona facere docet ideo non declinabunt gressus eius a via iusticie per quãcũqz demonis ant hominis suggestionem. Gressus iusti non supplantabũt tamẽ. Cõsiderat peccator iustum callide insidiando vt occasione accepta ei nocere possit quia iustus grauis est ei ad uidendũ quia dissimilis est alijs vita eius q ideo per inuidiam querit opportunitatem mortificare eum corporaliter vel spũaliter. Sed iustus defenditur quoniã. Dñs non dereliquet eum totaliter in potestate impij vt ei consentiat licet ad horã impii habeant potestatem super iustos in corporibus nõ tamen semper: super animas aũt nullam habent nec dãpnabit eũ cum audiet causã eius in futuro iudicio licet ab hominibus reprobis hic false reus q morte dignus iudicetur. Tu ergo vir iuste non deficias in tribulationibus: sed. Expecta patienter dominũ qui iudicabit te q ne in vacuum expectes interim custodi mandata eius q exaltabit te hic meritis bonorũ operum ampliando ut hereditate firma possessione capias terram superne patrie quam nemo ualet nisi bene meritus adipisci cum perierint peccatores videbis audiens quod dicetur eis discedite a me maledicti. ꝛc. Peccatores quidem certe peribũt nam. Vidi ipiũ .i. peccatorem supra statum sue conditionis q supra humanũ modum potentia q honoribus seculi eleuatum sicut cedri libani que sunt maxime alte. Et transiui mente ad nouissima sua cõsiderando q. Ecce non erat iste qui sic intumuerat q reduxi eum ad memoriam q non est inuentus splendor põpe eius q vestigium superbe glorie eius in dignitate in diuitijs q amplitudine familie quia locus eius cum eius prosperitate dissoluitur cũ totius orbis corruptibilis gloria terminetur. Et ne ad impiorũ similitudinem tu pereas. Custodi innocentiã vite quantum ad deum iudica equitatem iuste cum proximo agendo quoniam bona opera eius qui pacifice vixit qui. s. bellum q impetus viciorũ in se cõprimit non pereunt sed post hanc

vitam viuunt remunerata ꝗ premiata felicitate eterna. Econtra erit de impijs quoniã. Iniusti] simul cum suis operibus [disperibunt] traditi flammis eterne perditionis [ꝗ reliquie eorũ] .s. diuitie ꝗ fama [simul interibunt] quoniam superueniente interitu eorũ falsa laus ꝗ fragilis dissoluetur. Salus autem iustorum a domino] non aliunde ẽ Ipse eni est salus nr̃a [ꝗ protector eorũ in tempore tribulationis] .s. presentis ne etiam corporaliter opprimantur nel tempore tribulationis futuri iuditij quia ex ipsa eripiet iustos. Et adiuuabit eos dominus] eis ad perseuerationem boni cooperando [ꝗ liberabit eos] de omnibus angustijs eruet eos ne fides eorũ peruertatur a dyabolo ꝗ ministris eius [ꝗ saluabit eos] in futuro deducendo ad gloriam [quia sperauerũt in domino] hec enim salus debetur hiis qui spem suam in dei pietate posuerunt.

Psalmus. xxxvij. In quo docetur fidelis penitens memoriã peccatorũ habere vt lugeat preterita et caueat futura. Vox cuiuslibet penitentis.

Domine ne punias me secundũ rigorem tue iustitie] quia hoc esset iportabile sed magis secundũ temperamẽtũ misericordie tue [nec in ira corripias me] peto corrigi sed non in ira aut furore talis enim est correctio tãtũ ad vindictã sed bene correctione que est ad emendationem que est ex misericordia ꝗ cũ pietate O dñe ne arguas me in furore tuo quoniã sufficit tibi post multa quibus vehemẽter affligor Quoniã multe molestie ꝗ miserie anime] et corporis quas ex adam in vindicta sui peccati excepi sicut sagitte intime [infixe sunt in me] ꝗ per manum tuã punientem firmate sũt non ad horã sed vsqꝫ ad finem huius miserabilis uite. O domine ne punias me in furore quia satis sum sagittatus tot enim miseriis subditus sum [vt non sit sanitas in carne mea ab instantia vindicte tue] in adam ꝗ in me ipse te [nõ est pax i interioribus viribus anime mee] quia car/

nis viciis inpugnatur [q hoc tamē propter peccata mea]
Et apertius exponens mala sua ait ¶ Quoniā iniquita/
tes mee inualuerunt super me] dñando ut anima mea vi/
cta succūberet que [sicut onus graue grauiter deprimunt
me] ad terram ne me erigere possiz. ¶ In hoc etiā afflictus
sum ℣. Plage peccatorū] per baptismū q penitentiā sal
uate [cōputruerūt] in cogitatione mea delectando me in il
lis [q corrupte sunt] exterius ad actum perducendo q hoc
propter stulticiā meam multū enī insipiens est qui semel
sanatus iterum sponte recidiuat ¶ Et quia putruerūt ci/
catrices mee. Multis miseriis afflictus sum] q peccatorū
meorū pondere [curuatus vsqz ad mortem tota uita mea
contristatus] indignuz me esse iudicans erigere oculos ad
celum incedebam. ¶ Contristatus sum. Quoniā sensuali
tas seu carnalitas mea ipleta est illusionibus] que a dya/
bolo varijs temptationibus fatigatur q per hoc iterū [nō
est sanitas in carne mea] quam dyabolus affligit. ¶ Hinc.
Afflictus sum nimis] ita ut nichil in me liberū sit a ca/
lamitate q ideo vehementi gemitu cordis mei dolebaz me
peccasse. ¶ Quod tu quidem nosti. Quoniam ante te] quē
nullū latet secretū est [omne desideriū meū q gemitus me
us] pro peccatis meis [a te non est absconditus] sed exau/
ditus quia pius es cum non pro terrenis sed pro anime li
beratione soluatur. ¶ Inde dolor q gemitus quia. Cor me
um conturbatū est in me] quia mens mea succubuit pas/
sionibus q ita pacē suam amisit [dereliquit me virtus me
a] robur pacientie [q lumen oculorū meorū]. i. ratio imp
turbati iudicij ergo [non est mecū] propter ingentes mole
stias quas sustineo ¶ Vox christi.
Amici mei ficti q cogniti mei iudei aduersum me appro
pinquauerūt] corpore ut me cōprehenderent q consilijs ac
dolis [steterunt contra me] perseueranter ut me occiderēt
Apostoli ¶ Qui] ante passionem [iuxta me erant de longe
steterūt] quia relicto me omnes fugerūt timentes mori et
iudei [qui inquirebant vitā meā] perdere [vim faciebant]
violenter me captū trahentes ad principes sacerdotū. Et

iudei. Qui inquirebant mala michi] crimina. s. que oppo
nerent non inuenientes [locuti sunt falsa] fingentes contra
me falsa testimonia [et dolos tota die meditabantur] ut ac
cepta occasione romane potestati me traderet Ego autē tā
q̃ surdus non respondebā quasi nō audirem] maledicte et
irrisiones eorū [et sicut mutus non aperiens os suū] paci/
enter omnia sustinui. Non solum non audiebam: sed.
Factus sum sicut homo qui audire nō posset nō habens i
ore suo redargutiones] tanq̃ nescirē et non haberem quod
eorū blasphemijs respondere possem cum vtiqz eos mani
feste valuissem redarguere. Ideo tacui i passione ideo om
nia pacienter sustinui. Quoniā inte domine] iusto iudice
[speraui] qui potes tristitiam in gaudiū cōmutare scies
q̃ cū videris nullā causam mortis esse in me [tu exaudies
me dñe deus meus] ut me resuscites. Ideo tu exaudies.
Quia dixi] in oratione mea te deprecans ut cito resurre
ctione me clarificares [ne] iudei [inimici mei gaudentes]
insultarent michi si me morte detineri viderēt quare oro
exaudi me. Item ideo quia [dū pedes mei] discipuli mei in
firmi [cōmouentur] ad casum vacillantes et titubātes i fi
de si cito non resurgam [super me magna locuturi sunt]
multi insultantes et gaudentes de casu meo. Non recuso
o pater/cedi et crucifigi pro salute totius mūdi. Quoniā
ego in flagella paratus sum]. i. preordinatus a te et ideo
hec flagella patior spōte tue voluntati me conformans [et
dolor meus in cōspectu meo] est michi pater [manifestus]
est michi dolor quem patior intelligo enim me pati nō pro
culpa mea sed tua dispensatione. Ideo etiam in flagella
paratus sum. Quoniam iniquitatem meam] in causam
esse cognosco sicut et aliis [pronūciabo]. [ego cogitabo o/
peram dando qualiter peccata totius mundi mea passione
absoluam. Cum tanta patior. Inimici mei tamē viuūt
et prosperantur omni sanitate gaudēt [confirmati sunt]. i.
roborati [super me] persequendo [et multiplicati sunt qui o
derunt me iniuste]. s. sine culpa mea. Oderūt me certe i
que quoniā. Retribuerūt mala michi pro bonis] odium

pro dilectione mortez pro vita quā multis eorum contuli [detrahebant michi] dicentes non est salus illi in deo eius et hoc nulla alia causa nisi [quoniā sequebar bonitatem] et tamen felix conscientia cui non potest imponi nisi quod ser/uat legez dei sui. Ne derelinquas me dñe deus meus] vo luntati infidelium me exponēdo [ne discesseris a me] sz po tius mecū permane ut me facias resurgere. Intēde in ad iutoriū meū domine deus] qui me ad salutem humani ge neris incarnari et pati misisti.

¶ Psalmus. xxxviij. In quo docetur vir iustus inter blasphemos et iniquos lingue continētiaz seruare certamina rixas opprimere. ¶ Loquitur vir iustus

Dixi] .i. statui et proposui firmiter in corde meo [custodire vias meas] actiones meas tali diligē tia [ut] etiam [in lingua mea non offendaz] lo/quēdo fatua et ociosa verba aut generaliter que locutum me fuisse peniteret. ¶ Ut non delinquā. Posui ori meo custodiaz] cautelam in loquēdo ut etiā statuerim a bonis silere et a predicatione abstinere et hoc [cū consiste ret peccator] vt hereticus vel reprobus [aduersū me] que rens vnde ex uerbis meis calūpniā possit efficere. ¶ Posui custodiam ori meo vsqz adeo quod. Obmutui] volens uita/re cōtentionez cū peccatoribus impugnātibus me sed af/flictus sum quia propter hoc silui a bonis enuntiandis ho minibus desiderātibus ueritatem audire vnde [dolor meus renouatus est] prius dolui de indiscreta locutiōe modo do leo de indiscreta taciturnitate ¶ Uerū videns hinc inde pe ricula. Inquietum factum est cor meū] et in hac fluctua/tione tacendi inter calūpniosos et loquēdi inter audire pa ratos [concitatus est calor caritatis in corde meo] ad lo/quendum amore proximorū. Inter has difficultates que rens locum ubi hec non patiar ¶ Locutus sum] deo meo [in lingua mea] toto corde et ore eum deprecando [notū fac michi finem meū] cristum qui est finis noster cōsuma

B. R. L. I. N.

tio in presenti ad iusticiaz ⁊ in futuro ad coronam. ibi enī
gaudebo de socio non timebo de aduersario ibi enim con/
templator mecū erit amicus non calūpniator inimicus.
Et numerū dierū meoruz ⌊quo in hoc me viuere decreui
sti ostende michi ⌊quis est⌋ i. q̃tum supersit ⌊ut sciam quid
desit michi⌋ de tempore vite mee. Ideo autē uellem scire
ut preparatem me aduentui tuo ⁊ disponerem de hijs que
ad me expectāt. Ideo aūt scire vellem numerū dierū me/
oruz quia breuis est uita mea. Unde. Mensurabiles⌋ .s.
breues ⁊ transitorios ⌊posuisti dies meos: ⁊ substantia me
a⌋ que in adam peccante corrupta est ⌊tanq̃ nichilū est⌋ in
cōparatione ⌊adte⌋ qui eternus es. Bene dixi q̃ uita mea
in conspectu tuo sit quasi non sit: non solū propter breui
tatem sed etiam propter vanitatez. Omnia⌋ enim que a/
pud nos ⌊sunt uanitas⌋ omnia enim sunt subiecta mutabi
litati ⁊ etiaz inter ea ⌊omnis homo⌋ hic ⌊viuens⌋ est subiec
tus mutabilitati ⁊ sic etiaz est uanitas Licet omnis ho
mo viuens hic sit uanitati subiectus. Verūtamē in yma
gine dei⌋ ad quam formatus est semper stabilis ⌊permanet
quia illa nunq̃ deletur in homine ⁊ nichilominus a puri/
tate mentis in actibus seculi deducitur ubi caducis deside
rijs ⌊turbatus⌋ varia solicitudine confunditur. Vere fru/
stra turbatur ⁊ stulta vanitate nā Thesauriçat ⁊ ⌊cū ma
gna solicitudine cupit peritura seruare maxime cū posses
sio eorū probetur incerta naz ⌊ignorat cui congregat ea⌋
Utrū .s. furibus aut hostibus aut extraneis aut fisco. Co
gnita aūt seculi vanitate concludit vir iustus omnē soli/
citudinem ⁊ spem suaz ponendam in deo dicens. Et nūc
que est expectatio mea⌋ ⁊ finis meus ⌊nonne dominus⌋ qui
est super omnia certe ipsum solum finez expecto ⁊ substā/
tia diuitiarm conscientie mee ⌊apud te⌋ reseruatur. Veruz
quia nemo etiam iustus in uita presenti est sine peccato p̄
ter te. Ab omnibus iniquitatibus meis⌋ preteritis ⌊presē
tibus ⁊ futuris ⌊erue me⌋ ⁊ debes me merito eruere quia
cum sic sapio q̃ humana cōtempno q̃ letari in rebus pe/
rituris nolo q̃ penitentiaz ago ⌊ dedisti me obprobriū ⌊.i.

in derisum stulto peccatori qui illos magis irridere soli/
tus est quos bonis moribus studere cognoscit. Licet a
pud talem stultuz habitus sum opprobrio. Tacui] nō egi
contentiose contra eum [nec aperui os meū] in murmure
contra deum q hoc venit a te [quoniā tu fecisti me talez]
dans michi patientiam: q quia talis suz [amoue a me fla
gella tua] quibus pro peccatis meis a te iustissime verbe
roz. Necesse est ꝙ amoueas quoniaz. A fortitudine] po
tentie tue [defeci ui plagarū tuarū] infirmatus q debilita
tus uiribus non potens amplius sustinere duras punitio/
nes tuas que licet graues sint: sunt tamen iuste. quoniaz
[propter iniquitatem] flagellis tuis [corripuisti] humanū
genus q me inter eos. Sic tamen cum misericordia cor
ripuisti hominē ut per correctionem flagellorū tuorū. Ta
bescere feceris animā eius] ut desiccata humiditate q pin/
guedine carnali q deposita superbia infirma fieret per hu
militatem [quasi aranea] qua nichil est tabidius que leni
ter tacta digito deficit sed sepe licet homo sit correctus li
cet increpetur licet tabefiat tamen fragilitate humanita/
tis diuersarū rerum varietate [confunditur] a qua pertur
batione ille solus excipitur qui deuz pura mente contem
platur. Et ideo tu domine. Exaudi orationem meam q
humilem supplicationem meam: preces aūt meas cum la
crimis fusas] exaudi per effectū liberationis mee. Do dñe
oro. Ne sileas a me] ymo fac me audire uocem tuam in/
terius. s. salus tua ego sum/ vel illam remissa sunt pecca
ta tua q finaliter illam cum sanctis omnibus venite bene
dicti ꝛc. [quoniā aduena ego sum] apud te non habens hic
mansionem manētem sed sum sicut [peregrinus] tendens
alibi. s. ad patriam [vite eterne] sicut omēs patres mei fu
erunt. Cum autem transiturus sim restat hoc petenduz
Remitte michi peccata mea] ut per tuam misericordiā
consolatus certus ad tua iudicia perueniam q quādam re
creationem sentiā in presenti uita de illius regni tui secu/
ritate suscepta q hoc [priusq̄ abeam] a presenti uita quia
amplius non ero in statu merendi nec per consequens i sta

tu percipiendi remissionem peccatorũ.

¶ Psalmus. xxxix. In quo ecclesia gratias agit de beneficio incarnationis filij dei.

¶ Ecclesia i psona scõrũ patrũ prestolãs aduẽtũ xpi ait

Expectans expectaui ex intimis et cum desiderio assidue dñm incarnandũ qui solus saluare po/test et ipse pro sua clementia intendit michi im plendo desideriũ amoris nostri mittendo cristuz Unde sequitur ¶ Et exaudiuit preces meas cristum mit tendo quem optabã et eduxit me de lacu miserie infideli/tatis et ignorantie quibus detinebar et luto fecis carnalis concupiscentie. Et statuit et firmauit supra petram cri/stum affectus meos et direxit actus meos ad uitã eternaz Et imisit in os meum canticũ nouũ non de vanitate nõ de turpibus sed de nouo et inaudito diuine pietatis benefi cio/quod etas antea nulla conspexit quod nouus homo at tulit mundo nouus ergo populus noua cantat. s. de incar natione domini/de resurrectione/de ascensiõe et de alijs hu iusmodi. canticũ dico carmen siue ymnũ acceptabile deo nostro ut iam non sonos turpes et theatrales concinã sed in dei viuentis ymnis per armoniam noui testamenti de lecter. Uidebunt multi populi posteri cristum anũciatũ venisse quem priores expectabant videbũt etiam conuer/sationem meã et timebunt dampnari si in infidelitate per manserint concussi ergo salubri terrore facti cristiani spe/rabunt in domino remissinem consequi peccatorũ. Bea tus vir cuius spes salutis sue est nomẽ domini quod est ihesus quod interpretatur saluator quia non est aliud no/men sub celo in quo oporteat nos saluos fieri et non respe xit in vanitates infidelitatis et ydolatrie gentiliũ et insani as falsas .i. in errores iudeorũ obstinatorũ contra christũ Istorũ opera sunt falsa sed opera tua mirabilia quoniam Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia in corpo/ralibus et spũalibus inter que maius mirabile ẽ recreatio

mūdi per incarnationē ⁊ passionē tuā ad q̄oia facienda p te sufficiēs es non ab alio instructus [sed cogitationibus] dispositionibus tue sapientie in q̄bus [non est qui simi/lis sit tibi] ¶ Vox cristi. Annūciaui [ego cristus p prophetas] ⁊ locutus sū [egoipse in persona ⁊ per me ⁊ meos discipulos tot crediderūt vt credētes] multiplicati sūt super numerū [quē aliquis posset numerare. ¶ Vox cristi ad patrē. Sacrificiū] quod fiebat de animalibus ⁊ auibus [⁊ oblationē] que fiebat de rebus inanimatis vt de pane ⁊ simila ⁊ thure ⁊ huiusmodi [noluisti] quia ista sacrificia erāt imperfecta quia nō poterant auferre peccata [aures aūt] perfectas [dedisti michi] ad obediendū tibi deo patri vsq̄ ad mortē vbi me i cruce offerrē sacrificiū perfectū quod oibus legis veteris sacrificijs succederet. ¶ Exponit quod dixerat. Holocaustū] quod totū incēdebatur ad honorē dei [pro peccato non postulasti] q̄a talia sacrificia non erāt tibi accepta [tūc dixi] ego cristus ecce letus [venio] ad offerendū acceptissimū deo. In capite libri] predestinationis est [prescitū ⁊ dispositū vt facerē voluntatē tuā deus meus volui] hoc idē ego ⁊ ad hoc descēdi de celo [⁊ legē tuā in medio cordis mei] p meditationē sēper habui. Annūciaui] per apostolos meos ⁊ alios predicatores [opera justicie] dogmata veritatis ⁊ beneficia diuine misericordie [in ecclesia catholica] q̄ magna ē potestate ⁊ firmitate ⁊ amplitudine [ecce labia mea nō prohibebo] non cōprimā territus minis ⁊ contumelijs pse/quētiū a promulgatiōe veritatis [dñe tu es testis] q̄ predicta sunt vera. Justiciā nō abscōdi in corde meo] quādo potui prodesse alijs sed verbis ⁊ factis illam manifestaui ⁊ palā annūciaui [⁊ veritatē tuā] .s. promissorū exhibitionē ⁊ meipsū qui sū via veritas ⁊ vita [a te missū saluatorē] hominum [predicaui] Misericordiā tuā] qua peccata donas [⁊ veritatē tuā] qua q̄ promittis ⁊ minaris ad imples [nō celaui non abscondi a cōgregatione] dēsissima populorum. ¶ Vox cristi pro statu corporis sui mistici

Attēde dñe mēbra saucia attēde peccatores. Et nō elon
ges sed prope facias miserationes tuas mēbris meis
nec debes quia hactenus non elōgasti quia misericordia
tua ⁊ veritas a primo justo vsq ad vltimū semper sus/
ceperūt me oratione mea exaudiendo. Nec mirū q te
hoc pro mēbris meis deprecor. Quoniā circūdederunt
mala pene quorū non est numerus apud homies valla
uerūt me vndiq .i. membra mea ⁊ cōprehēderūt .i. suo
pōdere ligauerunt iniquitates sue vt non possent videre
deū quoniā abstracta fuerat ab eis lux veritatis. Opus
est auxilij tui. Quoniā multiplicate sūt iniqtates eorū
innumerabiliter ⁊ lumē rationis aufugit ab eis. Cōpla
ceat ergo tibi dñe vt eruas mēbra corporis mei in do/
loribus posita a malis preteritis ⁊ ad adiuuādū ea respi
ce cōtra mala impugnātia de futuro. Orat pro inimi/
cis vt conuertantur. Confūdantur inimici mei vtiliter
vt resipiscāt de factis suis erubescētes timeāt vltra pec
care ne pereant qui fideliū meorū vitā querūt vt aufe/
rant eā. Conuertantur retrorsū cadentes vt ab intētio
ne mala eorū desistant ⁊ erubescāt cognita eorū iniqui
tate qui gaudent de malis meorū. Ferant cōfestim cō/
fusionē suā ne diutius ingrauetur malū q cito ab hosti/
bus subuertantur qui dicūt meis euge euge dolose lau/
dando aut deridēdo. Orat pro fidelibus suis. Exultēt ⁊
letentur super te deū patrē de bono quod daturus es eis
qui querūt te per verā fidē ⁊ dilectionē ⁊ magnificum
predicent sēper te deū sicut magnus es: in te omēs q di
ligūt me xpm filiū tuū per quē salutē omniū operaris.
Peto hec oia dñe deus ex forma serui q̄a per me nō suf
ficio aliquid facere quia. Mendicus sū ⁊ ideo necesse ha
beo mēdicare auxiliū gratie a te ⁊ pauper quia nisi tua
gratia clarificer ex me non sufficio: qui ne hāc pauperta
tē vilē abiectāq indicaremus subungit dñs curā mei ha
bet. Et quia indigeo auxilio tu dñe esto. Adiutor me
us ⁊ protector meus ⁊ propter periculū oro ne tardaue/
ris nobis auxiliari in predictis.

Psalmus.xl.in quo de passione xpi ⁊ eius resurrectione. Vox prophete.

Beatus q̃ super cristũ egenuz ⁊ pauperẽ] ita intus legit ꝙ sub paupertate quã gessit in forma nostre humanitatis intus legat per veram fidẽ diuicias sue diuinitatis vt sicut credit euz esse hominẽ ita etiã credat deũ esse] ⁊ talẽ credentẽ liberabit dñs in die judicij] a dãpnatõne eterna ad quã iudicati sunt non credẽtes. Dñs conseruet eũ] inter mala huius seculi ne ab hoc intellectu cadat sed in hoc manentẽ] viuificet eũ] eterna ⁊ immortali vita] ⁊ beatũ faciat euz in terra] viuentiũ vbi est vera ⁊ pfecta beatitudo] ⁊ non tradat eum ad voluntatẽ inimicorũ eius] dyaboli ⁊ ministrorũ eius. Cum aũt contigerit illũ jacere. Sup lectũ] afflictũ aliquo dolore corporis aut mẽtis ita] dñs opẽ ferat illi in infirmitate eius] vt amplius nõ indigeat lecto parato ad jacendũ: sed] transuersetur lectus] tãq̃ non necessarius amplius. Propheta orans pro se. Ego sciens me peccasse sentiens egritudinẽ meã. Clamaui ad te] me dicũ meũ] miserere mei sana animã meã] quoniaz nullo modo excuso peccatũ sed accuso dicẽs] quia peccaui tibi] mea propria ⁊ praua volũtate. Vox cristi. Inimici mei] judei scribe ⁊ pharisei vidẽtes populũ me sequi] propter miracula que operabar vt retraherẽt populũ a seq̃la mea] dixerũt multa mala falsa ⁊ obprobria michi] dicebãt in super optãtes mortẽ meã] quando morietur iste vt non sit memoria nomis eius]. Et si ingrediebatur aliq̃s] de inimicis meis ad consortiũ meũ vt faciebat judas nõ ingrediebatur causa amicicie aut reuerẽtie sed ad prodẽdũ potius dolosus intrabat aut causa explorãdi quid agerẽ aut dicerẽ] ⁊ vana ⁊ ficta loquebatur] fingens ⁊ simulãs michi velle cõsulere] ⁊ cor eius cõgregauit iniq̃tatẽ sibi] .i. ad dãpnum suũ ⁊ detrimẽtũ anime ⁊ corporis. Qui egressus] ad vulgares populos] loq̃batur idipsũ] .s. falsa ⁊ ficta ad infamiã meã vt auerteret deuotõnẽ populi a me

Nō modo amici ficti ingredietes ad me sed ¶ Omēs ini mici mei latēter detrahebant michi scribe ꝛ pharisei ꝛ consimiles aduersum me cogitabant inferre michi mor tē contēptibilē ꝛ opprobriosā. Verbū iniquū cōtra om nē iusticiā ordinauerūt inimici mei aduersū me in suo consilio dicētes crucifigatur: ꝛ si hunc dimittis non es amicus cesaris. sed istis insultans propheta dicit nunqd qui ab iniquis iniuste sompno mortis opprimitur non addet vt resurgat certe sic: quia qui habuit potestatē po nēdi animā suā habet ꝛ resumendi eā ¶ Quid mirū si ini mici mei loquebantur ꝛ moliebantur aduersū me quan/ do. Homo pacis mee familiaris meus conmensalis iu das in quo ostendi me confidere tractando eū sicut ali/ os discipulos ꝛ sibi specialiter cōmittendo custodiā pecu nie fecit magnā supplantationē contra me vt per oscu/ lū traderet iudeis. ¶ O deus pater illi ita crudeliter i me deseuiunt. Tu aūt miserere mei ꝛ resuscita me gloriosa resurrectione tercia die ꝛ retribuā eis vicissitudinē borū q̄ in me gerunt. In hoc cognoui per experientiam qꝛ in me semꝑ placuit tibi quoniā nō gaudebit finaliter popu lus iudaycus super me quia licet gauisi sunt ad horam de morte mea: tristati sunt multo plus de resurrectione mea in qua maxime declarata fuit gloria mea. Me aūt propter meritum innocētie mee quia semꝑ sine peccato fui suscepisti animam meam ab inferis: corpus meum de sepulchro cū gloria impassibilitatis ꝛ immortalitatis ꝛ confirmasti me in presentia tua stabiliter ineternuꝫ me ad dexteram tuam collocando ¶ Hinc. ¶ Benedictus dominus deus israel a seculo ꝛ in seculū nos aūt Amen amen respondeamus.

¶ Psalmus. xli. in quo inducitur fidelis ne seculi tristicie retrahant eum a desiderio eterne vite.

¶ Vox fidelis deum desiderantis.

QUemadmodum desiderat ceruus | vexatus a venatoribus et calefactus desiderat | fōtes aquarū | vt sitim et estū extinguat | ita aīa mea | demonū tēptationibus et malis seculi afflicta | desiderat venire ad te deus | Sūme desiderauit aīa mea ad deū fontē viuū | vnde oīa bona fluūt: cupio plane dissolui quia sitio in hac peregrinatione: sitio in cursu huius vite satiabor in aduentu eius | sed quādo veniā et apparebo ante faciē dei | .i. quādo erit dies illa qua exutus vinculis corporis presens cōspectui mei redēptoris videā eū facie ad faciē. Interim autē dū peregrinor siue in prosperis siue in aduersis. Desiderij mei lacrimas fundo | q̄ lacrime non inediā sed sacietatē intulerūt: nec immerito q̄a fletus ille cibus est animarū: corroboratio sensuū / ablutio peccatorū: refectio mētiū lauacrū culparū Fuerūt | insuper | michi lacrime dū | in properando et insultādo | dicitur a paganis fidelibus meis vbi est deus tuus | veniat liberet vos. Hec recordatus sū | .s. improperia infideliū dicentiū vbi est deus. et hac occasione | q̄siui meditatus | per omnia visibilia si per ea inuisibilē cognoscerē creatorē meum. et cū hec nō ostēderet. q̄a solū inueni q̄dam vestigia eius | effudi | dilataui | in me animā meam | vt relictis omnibus exterioribus contēplarer in me ipso aliquid tale quod sit deus meus. sed cū nec in exterioribus nec in anima mea deū inuenirē. q̄a hec variabilia inuariabilis deus excedit hoc feci | quoniā transibo in ecclesiā tabernaculū dn̄i | vbi deus multa mirabilia fecit sāctis suis et ibi intuear sapientiā admirabilē fidei que docetur in ea et admirandas virtutes q̄bus multi fideliū resplēdent. et inde mēte per contēplationē perueniā | vsq; ad domū domini | in qua clare videbo deum meū. Unde trahor inde suspiro festinanter accedere ad domū dei quia ibi erit. Gaudiū et exultatio | de bonis habitis | confessio laudis | de beneficijs gratie susceptis | spiritualis refectio mire suauitatis | Propheta loq̄tur ad aiam suā eamq; cōsolatur tabescētem psecutionibus et calamitatibus huius seculi dicēs

Quare tristis es anima mea ⁊ q̃re cóturbas me] cũ de adiutorio diuino certa sis q̃re tristaris. Aduersus hec salutare remedium seq̃tur. Spera in dño] quia spes eius oĩa cómutat in melius ⁊ ad eternũ gaudiũ pducit quos seculi huius tristicia inflicta cócluserit: beati eni q̃ lugét quoniã ipsi consolabũtur: consolare ergo aia mea] quoniã adhuc laudabo eũ] dicés] tu es salutare] particeps humanitatis mee] ⁊ deus meus] Sed quia in me nõ est firmitas: prestrepit eni mundus] ⁊ caro grauat nec est michi spes de viribus meis. Ad me ipsũ anima mea conturbata est propterea] vt euadã istas tribulationes] memor ero tui] .i. súma velocitate recurro ad te] in humilitaté quã jordanis designat ⁊ memor abrenũciationis] dyaboli quã in baptismo feci: quod per] hermoniũ] intelligitur ⁊ cũ voluntate faciendi q̃ tibi deo meo placita sũt séper Decet vt sim memor tui quoniã euangeliũ ⁊ lex que propter profunditaté sapiétie ⁊ agnitionis dei dicuntur. Abyssus] in hoc concordant] q̃ memor sim tui] q̃a in vtroq̃ promittitur auxiliũ homini qui memor est dei ⁊ hoc] in voce predicatorũ ⁊ doctorũ qui catharacte dicũtur] quia per eos fluenta diuine sapientie nobis emanãt Ideo etiã memor ero tui quoniã Omnes tribulationes] tã graniores que dicuntur] excelsa] q̃ minores que designantur] per fluctus] que superant vires meas] transibũt] a me in futuro. Ideo ⁊ ero memor dei q̃a. In die] .i. in q̃licũq̃ huius seculi prosperitate] mãdauit dñs misericordiã suã] quia sola misericordia sua ⁊ pietate dat pacé ⁊ bona cũcta fidelibus] ⁊ nocte] .i. in quacũq̃ aduersitate mandauit. i. promisit] canticũ] .i. exultationé cóplere q̃ in prosperitate promiserat: speciosa eniz est misericordia in tépore tribulationis q̃a tũc fructus eius demóstrabitur. Cũ vndiq̃ mala sint in hac mea peregrinatióe singulare solamé est michi. Oratio que est apud me] intus habeo in me quod offerã nõ eni vt exaudiat me dominus nauigabo vt de longinquo afferã thura ⁊ aromata aut de grege vitulũ aut arieté. intus habeo victimã quã imolez

intus habeo thus quod ponā apud me est oratio q̃ fiēda est auctori ⁊ cōseruatori vite mee qua oratione [dicā deo susceptor meus es tu] qui me penitētez suscipis qui vota orationū mearū non spernis. Vir justus sentiēs q̃ta illius q̃etis dulcedo futura sit ⁊ mūdi istius pericula dicit more humano. Quare oblitus es mei] permittendo me tā diu hijs miseriis vexari: cur tā diu differs vt me ducas in domū tuā [q̃re contristatus incedo] per viā huius vite: ideo contristatus [quia dyabolus affligit me] tēptando quia carnis vicia inuito aut repugnante aio sustineo Vox ecclesie lamētantis casū maiorū Ita affligit me inimicus vt non solū cōfringantur carnes mee. s. debiles fideles sed etiā [ossa mea]. s. maiores ecclesiastici prelati i q̃bus putabatur esse aliq̃ fortitudo vt credāt fracti p̃ i pacientiā tribulationibus ⁊ scādalis ⁊ cadāt per peccatū a statu rectitudinis de quo [exprobrauerūt michi] verbis iniuriosis [qui tribulāt me inimici mei] heretici ⁊ mali cristiani Hoc modo exprobrauerūt. Dū dicūt meis fidelibus] maxime martiribus pro cristi fide in afflictionibus constitutis [vbi est deus tuus] vel nullus est vel si ē de te nō curat: ⁊ si curat liberet te si potest propter hoc [turbata est anima mea] quid aūt suadeaz: nō inuenio nisi quod supra. Quare tristis es aia mea ⁊ q̃re cōturbas me] sed nē dicas ideo turbor quia hic mala patior cōfortare o anima Spera in deo quoniā adhuc] in futuro [cōfitebor ei] q̃ ipse est [salutare vultus mei ⁊ deus meus].

Psalmus. xlij. in quo monemur
ne impressuri deficiamus.

Cum vir fidelis seculi huius iniquitatibus angeretur celesti desiderio affectus ait.

Iudica me deus] iudicio discretōnis sine separationis ī futuro iudicio separādo me a malis [⁊ discerne] merita mea ab ipijs: distet iter illū q̃ in te

credit: ⁊ illũ qui nõ credit [de gẽte nõ sancta] mala ⁊ puer sa. s. ab [hoie iniquo ⁊ doloso erue me] ¶ Cuȝ non michi arrogẽ fortitudinẽ qua opus est inter mala huius seculi: sed tu deus sis [fortitudo mea q̃re ergo me repulisti] secũ dũ ꝙ videtur repulsũ eni me puto: cũ nõ statim habeam quod opto [⁊ q̃re tristis incedo] nisi q̃a [affligit me inimi cus] quottidianis tẽptationibus hic in p̄senti quod nõ fa ciet in futuro ¶ Ut aũt excludatur inimicus me affligẽs oro dñe. Emitte lucẽ tuã ⁊ veritatẽ tuã] aufer tenebras ⁊ da lucẽ: aufer errorẽ ⁊ da veritatẽ [ipsa] tantũ lux tua ⁊ veritas [de duxerũt] a peccatis [⁊ adduxerũt] ad firmã cre dulitatẽ dñi saluatoris qui mõs dicitur [⁊ in tabernacula tua] in ecclesiã presentẽ in qua sũt diuersitates sanctoruȝ q̃ sũt q̃dã peregrinationes sup terrã. ¶ Deduxisti me dñe in tabernacula vbi positus spero ꝙ inde. Introibo ad alta re] inuisibile celestis iherusalẽ quo non accedit aliq̃s iniu stus/atqui accedit sumitur in holocaustũ diuino igne to tus in cẽsus [ad dñm introibo qui letificat iuuentutẽ me aȝ] dãdo michi imortalitatẽ ⁊ ipassibilitatẽ. ¶ Itẽ. Cõfite bor tibi in cithara deus meus] cõfessione laudis in tribula tione gratias agens: nũꝙ̃ eni propter q̃cũq̧ huius seculi aduersa a tua laude recedã. Consequẽter vir alloq̃tur ani mã suã psuadẽs ei tristiciã huius seculi fugiendã per quã patientie robur frangitur: per hãc caritatis lumẽ extin guitur per hanc spei nostre desideriũ virtusq̧ mollescit ⁊ ois vita confũditur vnde ait [q̃re tristis es aia mea ⁊ q̃re conturbas me] dũ deũ adiutorẽ habeas. ¶ Consolate ani ma mea. Spera in dño] q̃ oẽs seculi fluctus mitigat ⁊ in tẽptationibus protegit q̃ oia peccata condonat [quoniaȝ adhuc cõfitebor illi] cõfessione laudis dicens tu es salus mea tu es [salutare vultus mei ⁊ deus meus]

¶ Psalmus. xliij. in quo cõfortãtur infirmi fideles ad mirãtes cur martires videatur hic deus derelinq̃re cũ patres antiquos in manu valida legatur iuuisse Propheta in persona martirũ recolẽs bñficia antiquis collata ait D.

Deus auribus nostris audiuimus] intellectu no/
stro cognouimus] ⁊ [patres nostri] prophete que
gesta sunt illorũ tempore [retulerũt nobis] s. Q
pus quod operatus es in diebus eorũ] Moysi
yosue ⁊ aliorũ patrum. s. [in diebus antiquis. Operatus
aũt es opus hoc. s. q. Potẽtia tua] morte ⁊ aliis modis
[gentes disperdidit] terre promissionis. s. amoreũ eneum
⁊ alios [⁊ plantasti filios israel afflixisti populos] qui ubi e
rant/et expulisti eos de terra promissionis ut alios intro/
ducerẽs ⁊ regnum eorum tua misericordia confirmares.
Tua virtute tua potẽtia hec facta sũt] nõ eorũ: nec enĩ in
gladio suo non per bella sua [possederunt terraz nec robur
eorum saluauit eos q non ruerent in manus inimicorũ
Sed potentia tua saluauit eos: ⁊ fortitudo tua ⁊ sapiẽs cõ
silium a te eis datuz quoniã complacuit tibi in illis. s. ex
beniuolentia ⁊ gratia tua. Tu] ipse qui hec illis fecisti [es
rex meus ⁊ deus meus] non mutatus non diminutus ⁊ si
tempora sint mutata ⁊ variata creator temporũ non mu
tatur tu dico [qui mandas victorias in bellis populo iuda
ico] qui exiuit de iacob sicut ergo illi confisi sunt de te ita
⁊ ego confido. Quod sicut tua virtute assistente filij israh
bel inimicos suos disperdiderũt ita. In tua virtute inimi
cos nostros ventilabimus] disperdemus [potestate nobis
a te data ⁊ per uirtutem tuã spernemus hostes nostros] in
presenti vel in futuro q nichil poterũt nobis nocere. Be
ne dico in virtute tua quia. Nec in meritis meis] aut ar
mis aut viribus [sperabo] sicut nec patres nostri speraue/
runt in suis. Saluabis enim nos] in futuro de inmũdis
spiritibus qui hic nos multipliciter [affligunt ⁊ odientes
nos confundes] dampnatione eterna quãdo dicetur eis dis
cedite a me maledicti Laudes dicemus deo nostro iperpe
tuuz] q nos eripuit de affligentibus nos ⁊ in nomine tuo
quod est ihesus [laudabimus te sine fine confitentes salua
tionem nostrã] ⁊ omnia bona nostra habere a te nichil me
ritis nostris tribuentes Propheta in psona martirũ.
Tu domie] tot beneficia cõtulisti patribus antiquis [nũc

autem repulisti nos] ita permisisti q̃ permittis nos affli/
gi q̃ reputamur a te repulsi [q̃ confudisti nos [non in con
scientia sed in facie hominũ cum enim fustibus verberi/
bus q̃ ijurijs affligimur q̃ ut criminibus obnoxij morti mã
cipamur reputamur ab eis cõfusibiles procedimus ad ini
micos nostros [q̃ tu non procedis nobiscuz] aut mittis an
geluz pugnare pro nobis sicut faciebas cũ iudeis :illi eniz
tua virtute prostrabãtur qui se contra electum populume
rigere temptabant. nos vero inualidi sumus contra inimi
cos nostros. Unde sequitur. Auertisti] .i. verti permisi/
sti [nos retrorsum] post inimicos nostros fugiẽdo quia illi
victores q̃ nos uicti] plures enim de nostris penarũ timore
retrorsum auersi sunt a via ueritatis declinãtes [q̃ qui ode
runt nos diripiebant eos sibi] in predam q̃ carceres ut pla
gis q̃ reliquis tormentis vexarent: omnia bona eorum si/
bi vendicantes. Dedisti aũt nos] in fide persistẽtes firmi
ter [deuorandos tanq̃ oues] que morsibus luporuz deuorã
de exponũtur [q̃ in gẽtibus despersisti eos] :naz Petrus ro
me est crucifixus q̃ Thomas in india est occisus et sic de
aliis qui in diuersis exilijs persecutioni traditi sunt. Ve
didisti] .i. permisisti [fideles tuos] ita facile capi ut hij qui
eos emebant [precium pro eis dare non indigerent] q̃ non
fuit [multitudo precij in emptionibus eorũ] quia minimo
aut nullo precio ducebantur in seruos. Posuisti nos ob/
probrium persecutoribus nostris] qui vicini nostri sunt
secundũ habitationem humanam [q̃ subsanationẽ q̃ derisũ
eis qui sepe exprobrãt nobis] irridẽdo dicentes/ veniat de
us vester eruat uos de manibus nostris. Posuisti nos gẽ
tibus in similitudinem] ut de nobis formã maledictionis
sumant alios maledicẽdi sic pereas :sic moriaris sicut cri
stianus ille aut lapidatus ut Stephanus uel arsus ut lau
rentius [q̃ posuisti nos cõmotionem capitis in populis] ad
insultandũ nos q̃ deridenduz dicentibus nobis q̃ propter
scelera nostra dampnationi sumus deputati. Quid per si
gula curzimus. Tota die verecundia opprobriũ meorum
continue est in conspectu meo q̃ confusio] faciei mee iouit

vultum meū rubedine :signuz enim verecundie est ruboz in facie. Et hoc. A uoce exprobrātis]. s. ingerētis michi obprobrium in facie[q occulte detrahentis]ex omni enim parte audio obprobria q blasphemias[ab instantia inimi/ci odio habentis me q actu persequentis. Dicūt martires. Hec omnia mala venerunt super nos quasi fera terribilis quasi fluuius turbulentus q patienter pertuli/mus[nec]propter omēs predictas grauissimas molestias [obliti sumus te]sed semper habuimus te in iugi memo/ria [inique non egimus]timore mortis[in lege tua]quaz parati sumus obseruare. Nec recessit retro coz nostruz]a uertendo se a fide q caritate tua[q semitas nostras]que erāt in prosperitate q voluptate seculi[dimisisti a uia tua] que semper fuit bona q sancta q ostendisti nobis viaz artā q angustam que ducit ad uitam. Non sumus obliti te. Quia humiliasti nos in oco afflictionis q cooperuit nos hec moz]temporalis[que vmbra mortis est]non vera moz: sola illa est vera moz que est spūalis dāpnationis. eterne. Non sumus obliti te propter has tribulationes scientes ꝙ. Si obliti sumus nomen dei nostri]a vijs eius declinantes aut[si expandimus manus nostras in oratio ne]adorando ydolum Nonne deus requiret ista]ut puni at: certe sic[ipse enim]nouit abscondita cordis. Cor martirum. Quoniam]lōgis passionibus[mortifi/camuz]non pro criminibus nostris[sed propter te]ut fides tua in gentibus augeatuz[q extimati sumus]digna moz/te[sicut oues occisionis]que non reputantur vtiles nisi ad occidendum[exurge ergo in adiutorium nostrū. Exurge i auxilium nostrū]loquitur more humano q conforta stan/tes qui negligere uideris[exurge ne repellas finaliter]q si videaris nos repulisse ad tempus. Quare auertis faciem tuam]quasi non uelis expandire nos[q obliuisceris inopie nostre]nō dando nobis spūm fortitudinis sine quo inopes sumus[tribulationis nostre]quam propter te patimuz e am mitigando nos nescimus quare ita facis: licet creda/mus ꝙ iuste q pie facias. Ideo ne obliuiscaris. Quoniā

anima nostra humiliata est] ut te inuocemus in auxilium inter manus impiorũ ⁊ persequentiũ qui sunt puluis quẽ proicit uentus a facie terre et quia quod cum dolore dico [uenter noster] .s. infirmi nostri inter nos [adhesserũt terrenis hominibus] ⁊ consenserunt iniquis recedentes a fide ⁊ cum ita sit oramus. [Exurge domine adiuua nos] tantis malis oppressos [⁊ redime nos] ab his malis non propter meritum nostrũ sed [propter nomen tu.

¶ Psalmus. xliiij. In quo cantatur laus sponsi ⁊ sponse. s. cristi ⁊ ecclesie. ¶ Vox prophete. ¶ Mens mea ex plenitudine gratie spiritualis.

Eructauit verbum bonum] quia consolatoriũ cuz sit misterii cristi ⁊ ecclesie expressiuũ [quod dicere intendo ⁊ omnia alia opera mea dirigere ad laudem ⁊ honorem regis regum ihesu cristi. Nemo putet aliquid a me dicere sed a spiritu sancto cuius Lingua mea calamus velociter docentis siue inspirãtis/ in quo laus ⁊ virtus huius prophete ostenditur. ¶ Commendatio sponsi. ¶ Propheta cõmendat sponsum multipliciter Primo a forma dicens. ¶ Speciosus forma prefilijs hominũ] tum ex parte corporis quod spiritus sancti virtute formatũ est in cuius ope non potest esse error aut defectus: tũ ex parte anime que ab instanti creationis omnibus gratijs ⁊ sciencijs repleta fuit. ¶ Secundo cõmẽdat a gratiositate doctrine dicens [diffusa ẽ gratia in labiis tuis] quia eo loquente mundus gratiã reconciliationis accepit [propterea benedixit te deus] benedictione spũalis regni cuius non erit finis. ¶ Tercio cõmendat propheta sponsum a virtute ⁊ fortitudine dicens o tu criste. [Accingere] in carne assumpta [gladio acutissimo] spũs quod est uerbum dei/ assume predicationis verbuz qui diuidat filiuz a patre/ filiam a matre/ nurũ a socru/ qui male coherentia separet [potentissime] non segniter sed [viriliter] quoniã nemo tibi obsistere valebit. ¶ Quarto cõmendat sponsum a

probitate dicens. Specie tua ⁊ pulchritudine] iusticie tue accinctus [intende] ut perficias cursum legationis tue [fe/liciter procede] velut sponsus de vtero virginali [⁊ regna] per fidez [in cordibus] hominū oppresso mortis imperio. Procede ⁊ regna ⁊ hoc quia. ℣ Propter veritatem] doctri/ne ⁊ vite quā tu ⁊ tui docent [⁊ mansuetudinem] quā tu ⁊ tui sustinuistis patienter molestias ⁊ injurias [⁊ iusticiaz] abundantem quā ostendisti in tua passione offerēdo te deo patri pro offensa humani generis [deducet te mirabiliter maiestas tue diuinitatis] que te assūpsit/deducet te per hu ius vite cursum ⁊ hoc mirabiliter quia mortuos suscita/bis/leprosos mūdabis/⁊ multa alia miracula facies. Ver ba tua ⁊ tuorū apostolorū qui a te missi sunt ad predican dum sicut. Sagitte] penetrabūt corda infideliuz inimico/ruz regis cristi qui talibus iaculis [prostrati cōuertētur] ⁊ [sub tua obedientia humiliabuntur] corde te adorantes ⁊ qui primo non credendo erant inimici regis fient credē do amici. ¶ Quinto propheta cōmendat cristū a iudicaria potestate dicens. Sedes tua].i. iudiciaria ⁊ regalis potc/stas tua o deus non est temporalis [sz sempiterna: disciplina regni tui disciplina equitatis] que veraciter recta est q̄ nulla prauitate curuatur/virga ista iustos regit/⁊ impios percutit que ab ipsius diuinitate procedit fortitudo iuicta equitas rectissima inflexibilis disciplina. ¶ Vere virga reg ni tui uirga directionis quia non solum in te iustus es sed etiam in alijs. Diligis iusticiam ⁊ odis iniquitatez prop terea vnxit te deus puritate conscientie ⁊ plenitudine gra tie pre omnibus sanctis]. ¶ Sexto cōmendat cristum spō/sum ab ornatu uestis ⁊ a pulchritudine habitationis dicēs Odores uirtutū his aromatibus designati. Mirre ⁊ gut te] ⁊c. [spirabunt de carne] tua qua velut vestimento diui nitas se circundedit ⁊ a cordibus sanctorū in quibus habi tas que domus eburnee dicuntur/propter castitatem ⁊ de corem virtutū ex quibus odoramentis omnes ecclesie q̄s apostoli tibi in fide genuerunt [delectabilem te habentes ex ultabunt honorando nomen maiestatis tue. ¶ Septimo

cõmendat propheta sponsum a sponsa: quaz describit quã tum ad quinqz. ¶ Primo quo ad sponsi presentiam quia. Astitit] semper deo inherens ⁊ coniũcta. ¶ Secundo quo ad dignitatem quia [regina] que sub rege regit. ¶ Tercio quo ad gloriã siue prerogatiuam quia [a dextris] stat. s. in potioribus bonis gratie presentis uite. Quarto quantum ad ornatum [in vestitu deaurato] .i. in doctrina apostolorũ ⁊ prophetarũ. ¶ Quinto quo ad expectabilem societatem quia [circundata varietate] virtutum ⁊ meritorum sanctorũ. s. gẽmis virginũ croco martirũ] purpura penitẽtium: his enim ornatur ecclesia uel circundata uarietate omniũ linguarum in vna tamen fide ⁊ disciplina cõueniẽtium. ¶ Propheta quasi vnus de apostolis qui predicationis uerbo populũ genuerũt cristianũ dicit/o. Filia] predicatione genita non sis negligens: non surda: aut incauta sed [audi ⁊ uide] ⁊ intellige talem ⁊ tantum regem cui es desponsata [⁊ inclina aurem tuam] ad obediendum [⁊ obliuiscere populum] iudeorũ ⁊ gentilitatis vnde venis [⁊ conuersationem et consortium] dyaboli qui primo te fedam genuit ⁊ sic fies decora. ¶ Si feceris hec que dicta sũt fies decora: Et rex delectabitur in decore tuo] quem ipse dedit tibi per gratiaz in te ymaginẽ suam reparans quod magnum est ⁊ desiderandũ quia iste rex est magnus ĩ potestate [quoniam ipse est dominus qui omni genti dñatur] magnus nature nobilitate quia deus tuus magnus in bonore quia [adorabunt eum] et deprecabuntur omnes populi totius mundi. ¶ O filia si feceris que dico venies plurimũ honoranda: nam. Filie tyri] anime fidelium [diuites plebis] nobiles ⁊ sapientes qui de gentilitate/apostoloruz predicatõne cõuertentur ad regem ⁊ sponsum tuũ [eũ muneribus vultum tuũ deprecabuntur] magnificas elemosinas offerentes tibi ad ornamentum tuũ desiderantes societatem ⁊ conformitatem tuam. Secundo cõmendat sponsam a gloria dicens. Omnis gloria] ecclesie [filie] ⁊ spõse [regis] consistit non in exteriori apparatu sz [interiori] ornatu ¶ Interiora ornatus sunt conscientia pura ibi videt

cristus/ibi amat cristus/ibi loquitur cristus/ibi coronat
xps] consistit etiam gloria ecclesie [in doctrina sapientie]
que regina est [circũamicta varietatibus] ad decorem. s.
varietate linguarum diuersarũ : uarietate statuũ : varie
tate gratiarum ⁊ virtutum que sunt in personis huius
modi statuũ. ¶ Tercio cõmendat sponsam a societate siue
a domicellis que sequũtur sponsam dicens. ¶ Adducen/
tur regi virgines] fideles. s. que primuꝫ retinẽt inter om
nes gradus locum: post eam. s. vniuersalem ecclesiam q̃
est generalis mater fidelium adducentur quidem gratia
dei quia nemo venit ad me inquit cristus nisi pater tra/
xerit eum [proxime etiam] regine in fide ⁊ virtutibus ut
vidue caste que secundum obtinent locum ⁊ i matrimoni
o continentes que tecium locum tenent [offerentur tibi]
o rex. ¶ Afferentur quidem in leticia ⁊ exultatione] mini
sterijs angelorum et non solum adducentur ad conspectũ
verum etiam [impenetrabilibus regis]. i. in iherusalẽ fu
turam. ¶ Quarto cõmendat sponsam a prole dicens. ¶
sponsa. ¶ Pro patribus tuis]. i. loco apostolorum qui fue
runt patres tui: ipsi enim sunt qui te genuerũt spũali ge
neratione [nati sunt tibi filij]. s. episcopi [constitues eos
principes] loco apostolorũ super omnes populos per vni
uersum orbem. ¶ Qui principes constituti: ¶ Memores e
runt nominis tui domine] tue fame tue glorie predicãdo
ipsum: ipsum in memoria habentes ⁊ aliis in memoriã
adducentes [⁊ hoc per omnes successiones vsqꝫ in finem
seculi. ¶ Propterea] quia cõstitues principes super omnẽ
terram [populi] credentes per eorum predicationẽ ⁊ doc/
trinam quam seminauerunt quam in scripto dimiserũt
[confitebuntur tibi] confessione laudis non solum inpre
senti sed etiam in futuro vbi est eterna ⁊ perfecta laus.

¶ Psalmus. xlv. In quo de aduentu christi
qui singulare fidelium refugium est.

¶ Propheta ĩ persona fidelũ dicit nichil est timẽdũ quoniã

Deus noster refugium ⁊ virtus] ad quem inter pressuras calamitatum confugimus ⁊ in quo ab omnibus periculis liberamur [et in tribulationibus] seculi que nos plurimũ fatigant [adiutor] validus est potens sufficiẽter nos defẽdere. Propterea] quia talis est nobis in te securitas [nõ timebimus dum] in aduentu tuo ex nouitate tanti miraculi [turbabitur terra]. i. generatio iudeorũ ⁊ montes. i. apostoli qui relictis incredulis iudeis [transferuntur] ad predicandũ gentibus vsq; ad extrema maris. Cũ aũt apostoli igrederẽtur ad gẽtes barbaras. Et sono p̃dicationis annũciarent] euangelium cristi [turbati sunt populi conturbati sunt] excelsiores seculi potestates que de eorũ predicatione fuerant perterrite visa fortitudine dei que asistebat apostolis ⁊ aliis sanctis predicatoribus. Inter hos seculi fluctus ⁊ sonitus non timent qui ad diuinũ auxilium refugiunt quia [spũs sancti inũdatio letificat] consolatur leticia spũali [ecclesiam dei] eam sua gratia confirmando contra tribulationes que inferũtur ei [quã altissimus sãctificat] aqua baptismatis a vicijs abluendo ⁊ incrementa virtutum prestando. Letificat aũt ⁊ sanctificat ecclesiã deus quia. Deus in medio ecclesie] habitans omnibus equaliter consulens [non separabitur ab ea] sed semper in ea manebit supra se firmam petram eam solidans [adiuuabit eam deus mane diluculo] quoniam illud lumen exorietur quando de eterni solis spledore illustrabitur: adiuuabit eam dico seculi aduersitate laborantem. Hoc patet quoniam intonante per predicatores suos ⁊ miracu/lis coruscante. Conturbate sunt gentes] per predicationem apostolorum non tamen sic vt euertant ecclesias sz salubriter quia relicta gentilitate ad cristum conuertũtur [⁊ regna] que erecta erant per superbiam vt seuirent [inclinatã sunt] ad suscipiendam fidẽ ut adorarent ⁊ se iugo cristi submitterent [dedit uocem suam per ora apostolorum insonuit apostolica tuba] terrena corda mota sunt timor [iudicij ab infidelitate ad fidez a vicijs ad uirtutes

Quis é iste ad cuius vocé mota é terra: Respódit prophe ta nó q̃cúq̃ potestas nó angelus non aliqua creatura siue terrena siue celestis sed. Dñs virtutũ est cui virtutes celestes seruiũt: cui omnis potétia famulatur q̃ é nobiscũ assũpta carne nostra proprie eni deus omniũ nostrorũ dicitur esse susceptor quãdo carné pro fideliũ salute suscepit deus jacob .i. designatorum per jacob Et ideo o vos populi. Venite passibus fidei q intelligite intellectu fide illuminato magnalia opera dñi nostri saluatoris q̃ fecit in incarnatione sua. vt de pace nimia q huiusmodi q̃ posuit super terrã q illa opera erãt prodigia quia aliq̃d pretédebãt: quid: hoc. s. q̃ ipse é auferés bella spiritualia fidei q̃bus rebellatũ é cótra deũ p ydolatras q paganos vsq̃ ad fines terre hoc aũt jã factũ est cuz p cristi aduétũ ydolatria q supstitio totius quasi orbis periit q multi in pacé cristi deducti sũt vere religionis cristiane fidé suscipiétes. q hoc significabat illa pax q̃ tépore dñice natiuitatis totus mũdus legitur esse paccatus quod non humanis viribus sed cristi dñi corporali presentia probatur effectũ. In cuius pacis signũ ipse. Arcũ conteret .s. occultas malignorũ insidias q confringet arma supstitiosa certamina paganorũ q scuta .s. protectioné per fide presumptionis igne spũs sancti comburet eruc nos bone rex armis dyabolicis q indue nos armis tuis. s. euãgelice veritatis continétie fidei spei q caritatis Vacate ergo o boies q̃ mũdanis illusionibus armabamini q militiã dyaboli peragebatis vacate ab armis dyaboli a vicijs q a tumultibus contétiosis quoniã ego sũ dñs non ille q̃ vos armabat qui vos ad nephãda certamina pduce bat. sed ego sũ deus qui exaltabor per fidé in gétibus q in judea. Et jã omnes confiteãtur q dicant. Dñs virtutũ est nobiscũ q susceptor noster deus cristiani populi figurati per jacob qui dilectus fuit a deo.

Psalmus. xlvi. in quo omnes fideles inuitãtur ad laudandũ deũ.

Propheta in psona apostolorũ ait. cũ tot bñficia vobis fecerit deus.

OMnes gẽtes] ad quas puenit gratia dei gaudete bonis operibus [jubilate deo] voce exultati/onis cõcordet manus q̃ lĩgua ille operẽtur hec cõfiteatur. Merito jubilãdum q̃ psallẽdũ est deo. Quoniã est dñs] q̃ dñatur omni creature [excelsus] nobilitate nature qui prius fuerat despectus a judeis terribilis ipse est judicaturus mundũ potestate [rex magnus sup omnẽ terrã] quoniã rex regum ẽ q̃ dñs dñantiũ. Propheta in persona apostolorũ inq̃t. Plaudite etiã quia deus. Subiecit nobis] i. vniuersitati cristianorũ [populos] iudeorũ vel per fidẽ vt credẽtes vel per dignã sue iniq̃tatis vltionẽ vt perfidos obstinatos [q̃ gẽtes] conuersas ad fidẽ [sub predicationibus nostris subiecit] per fidẽ obediẽtes plenarie dño ihũ cristo qui pro oĩbus mortuus est. Plaudite etiã quia dñs sua gratia nõ merito nostro. Elegit dare nobis vitã eternã sequentibus speciẽ] .i. illud quod mistica significatione [jacob quẽ dilexit] deus premonuit. s. terrena dare pro celestibus. Dñs nõ solũ elegit dare nobis hereditatẽ suã sed ascẽdit parare nobis locũ. Ascẽdit quidẽ dñs in jubilo] multorũ angelorũ q̃ sãctorũ ascẽdentiũ cũ eo quo ascẽdente [audita est vox clara quasi tuba angelorũ dicẽtiũ] admirãtibus q̃ stupentibus apostolis Viri galilei q̃d statis hic aspiciẽtes in celũ. Et quia talis est q̃ sic ascẽdit. Psallite deo nostro] gratias agẽdo [psallite] bonis actionibus laudãdo. psallite regi nostro] .s. xpo non alieno quẽ nõ decet ista laudatio quoniã solus est q̃ merito laudes accipiat quoniã ipse q̃ vniuersa creat q̃ creata iugiter administrat. Psallite cristo sapiẽter discrete q̃ deuote non solum ore sed corde debet merito. Omnipotens rex vniuersaliter coli] qui solus creator q̃ liberator probatur esse cunctorum. Ideo etiam psallite quia: Regnabit dominus super gentes] qui olim super] vnã gentem regnabat: Regnabit dico quoniam iã ascẽdens [ad dexteram patris sedet sup sedẽ sanctam suã] .s. a dextris dei q̃ sic nichil restat nisi q̃ oẽs subiciãtur ei

Non solũ gẽtes subiciẽtur ei sed etiã. Principes popu/
lorũ quoniã principes populorũ omniũ cõgregabũtur
per fidẽ ⁊ amorẽ cũ cristo q̃ est deus abrahã ⁊ hoc ideo
quia apostoli dei propter judiciariã potestatẽ ⁊ participa
tionẽ diuine gratie: fortes fide ⁊ dilectione valde a cristo
eleuati sũt doctrina ⁊ potestate miracula faciẽdi ita vt
principũ colla fidei jugo submitterẽt.

Psalmus. xlvij. i quo de multiplici cõmẽdatiõe ecclesie
Propheta cõmẽdans ciuitatẽ ecclesie primo cõmendat a
dignitate conditoris ⁊ a situ dicẽs.

Magnus dñs qa dñs vniuersorũ est ⁊ quia po
tẽter oia facit ⁊ laudabilis valde propter ex/
cellẽtiam nobilitatis ⁊ sapiẽtie eius qua pul/
chra ⁊ mira facit laudabilis quidẽ in ciuitate
dei nostri. s. ecclesia catholica q̃ ẽ fundata in cristo mõ
te sãcto eius. Tercio cõmẽdat ecclesiã ab amplitudine.
dicẽs. Fũdatur de habitatoribus vniuerse terre exultã/
tibus de remissione peccatorũ nã populus judaycus per
montẽ designatus ⁊ populus gẽtilis per latera aquilo/
nis significatus vniti sũt in vna fide cristi ex q̃bus duo
bus populis ecclesia vniuersalis ciuitas regis magni
. s. dei cõsurgit. Quarto cõmẽdat ciuitatẽ dei a sapiẽtia
ciuiũ q̃ vere cõsistit in cognitione dei dicẽs. Deus in do
mibus eius. i. in fidelibus in q̃bus habitat cognoscetur
deus cognitione fidei ⁊ hoc cũ suscipiet eã mouẽdo eaz
ad hãc gratiã. Quinto cõmẽdat ciuitatẽ dei a dignitate di
cẽs. Ecce reges terre pricipes seculi quorũ regna ⁊ dña/
tores cultu demoniorũ dedita erant ad p̃dicationẽ aposto
lorũ congregati sũt cũ ceteris fidelibus in vnitate fidei
vt fierẽt vna ciuitas ⁊ vnũ ouile Ipsi. s. reges cognos
cẽtes per fidẽ miracula q̃ xp̃s ⁊ apostoli faciebant admi
rati sũt ⁊ post admirationem glorie ⁊ miraculorũ cristi
conturbati sunt pro peccatis ⁊ commoti sunt ad peni/
tentiam ⁊ hoc quia timor futuri judicij apprehẽdit eos

In qua cõturbatione gẽtiũ pro peccatis erũt. Dolores
magni ꝛ graues vt parturiẽtis⌋hoc quia⌊in spiritu sãcto
cõteres⌋superbiã ꝛ cupiditates huius mũdi in gẽtibus q̃
designãtur per naues tharsis q̃ quõdã in nauigatione ne
gociorũ supba fuit. ¶Ipsi iã credẽtes effecti clamãt cum
gaudio dicentes. Sicut audiuimus⌋in lege ꝛ prophetis
nũciatũ⌊sic vidimus⌋in euãgelio in ecclesia catholica⌊ci
uitate dei nostri quã deus fũdauit⌋nõ ad tẽpus sicut ta/
bernaculũ moysi⌊sed ineternũ⌋¶Ipsi credẽtes gratias a
gẽtes de aduẽtu xp̃i ꝛ de fidei gratia suscepta dicũt.¶Sus
cepimus deus misericordiã tuã⌋cristũ nobis misericor/
diter datũ aptũ nomẽ certa promissio vt ille misericor/
dia vocaretur q̃ ꝛ saluator vere dicitur ꝛ redẽptor⌊in me
dio cordis nostri⌋qui per gratiã tuã facti sumus⌊tẽplum
tuũ⌋. Queadmodũ deus nomen tuũ⌋vbiq̧ diffusũ est q̃a
nullus est q̃ huic nõ se subiciat⌊sic laus tua⌋ꝛ reuerẽtia
tui nominis dilatabitur⌊vbiq̧ terrarum dextera tua⌋.s.
eterna beatitudo⌊plena est justicia⌋q̃a in illã partẽ dexte
re solũ recipiũtur q̃ ipsius munere justi esse meruerunt.
Letetur ergo mõs syon⌋.i.fideles judei q̃ dicũtur mon
tes q̃a primo fidei radios suscepit judea⌊ꝛ exultẽt gẽtes
filie judee⌋per predicationẽ apostolorũ q̃ de judea descẽde
rũt⌊propter judicia tua dñe⌋q̃a recta sũt q̃bus quosdã as
sumis ꝛ quosdã reprobas.¶Uos ergo fideles aie. Circũ/
date⌋honorãtes⌊sanctã ecclesiã⌋dignos ei exhibẽdo hono
res⌊ꝛ cõplectimini⌋amplexibus caritatis virtutes illius
ꝛ mores seruãdo;q̃bus acceptis⌊narrate⌋laudes eius jux
ta doctrinã apostolorũ q̃ sũt⌊turres⌋munitiones huius ci
uitatis contra hereticos.¶Ne aie fideliũ audiẽdo leticiã
ꝛ exultationẽ aliqua remissione lẽtescerẽt ait.¶Ponite
corda vestra in virtute⌋caritatis spũs sancti q̃ hãc ciuita
tẽ protegit⌊fortis eni est vt mors dilectio⌋ꝛ vos majores
ecclesie distincta ꝛ canonica ordinatõe⌊disponit gradus⌋
officiorũ in ecclesia vt: Episcopos Presbiteros Dyaco/
nos ꝛc. vt per eos magnalia dei non solum hijs qui cre/
dunt sed ꝛ hijs qui credituri sũt debeant predicari. Nar
rate hoc.¶Quoniam hic.s.cristus qui in terris visus

est ⁊ cū hominibus cōuersatus/ est dñs deus noster/ p quē
creati sumus ⁊ si in hoīe lateat ⁊ hoc ineternū non ad tē
pus vt falsi dij/ ⁊ ipse reget nos/ quia rex noster est in pre
senti ab iminētibus periculis defēdendo ⁊ reget in futuro
ad eternam nos dirigēdo patriam.

¶Psalmus.xlviij.in quo docemur vt omnes pre
sētis vite dignitates diuitias ⁊ voluptates pro
nichilo ducamus q̄a stabiles nō sūt.

Propheta volēs omēs auditores attētos reddere ad ea q̄
dicturus est ait.

a AUdite hec/ q̄ dicturus sū/ oēs gētes/ nō solū iu
deorū quia hec ad oēs ptinent audire/ auribus
audiēdo pcipite q̄ habitatis/ in quacūq parte
orbis quoniā quod est hic dicēdū vtile est pro
bono communi omniū Propheta quod dixerat exponēs
ait.¶Quiq terrigene/.i.ignobiles/ ⁊ filij hominū/.i.
nobiles quarūcūq nationū ⁊ statuū siue seruus siue li/
ber diues ⁊ paup/ venite ad audiēdū/ nullū excipio nulli
claudo sermonē.¶Propheta reddēs auditores beniuolos
ex vtilitate dicēdorū ait.Os meū loq̄tur sapientiā/ que
est altissimarū ⁊ diuinarū rerū cognitio quā audire ⁊ dis
cere vtile est/ ⁊ meditatio cordis mei loq̄tur prudentiā/
que est ad mores probabiles instituēdos.in his enī duo/
bus omnis sermo diuinus q̄si cōsistit.¶Propheta reddēs
auditores dociles ex modo loquēdi intelligibili dicit.In
clinabo aurē meam spūi sancto in me loquēti in parabo
lis/ ⁊ per enigmata me docēti quia q̄cq̄d modo videmus
p enigmata est ⁊ lucide tradā vobis mea opatione/ quod
proposui dicendum in psalterio/.i.nō solum verbo sed
etiam exemplo vt quod doceo ore compleā opere. ¶Pro
pheta icipiēs narrare q̄ supra promiserat se dicturū ⁊ pri
mo de pena malorū in persona generalis hois q̄rit cau/
sam dāpnationis ⁊ timoris dicēs.Cur timebo in die illa
tremenda/ iudicij/ que erit mala/ malis respōdit/ iniq̄tas
calcanei mei/.i.finalis iniq̄tas siue q̄ perseuerabit vsq

ad finē vite circūdabit nichil eni timēdū est nisi peccatū quia nulla nocebit aduersitas: si nulla dñetur iniquitas ꝛ in hoc patet opposita pars ꝙ absoluti ab iniq̄tate non habebunt tūc timorē. ¶ Unde illi timeāt ꝛ diē iudicij formidēt. Qui confidūt [aut presumūt sicut superbi ꝛ potētes seculi] in potestate sua [tēporali aut amicorū] ꝛ q̄ in multitudine diuiciarū suarū [tanq̄ in sūmo bono] glo riātur [vt auari] ¶ A cuius iudicij sentēcia nullus. Redimi potest [nec prece nec precio cōsanguineorū aut amicorū sed nūquid ipse q̄ peccauit] redimere se poterit [respōdetur] ꝙ nō quia nō poterit dare sacrificiū aut oblationē vnde placetur [siue propicietur sibi] deus]. ¶ Et similiter nec dare poterit in alia vita. Preciū vnde redimatur aīa sua [cū sit extra tēpus merēdi ꝛ ideo] laborabit ī eternū [.i. pacietur tormēta eterna] ꝛ viuet in sempiternū [vt sēper sentiat penaꝫ viuet vt semꝑ intereat vt sit eis mors sine morte ꝛ defectus sine defectu. ¶ Sed homo carnalis ꝛ mūdanus. Nō intelliget iminere sibi interitū [gehēne: nā vidēs iustos ꝛ peccatores [sapiētes] ꝛ stultos] eque mori [reputat ꝙ nō sit alia vita in qua premientur boni ꝛ in qua puniātur mali] sed insipiēs [qui non credit futurā vitā] ꝛ stultus [q̄ licet credat tamē nō cauet sed in trāsitorijs rebus spē ponit vno eodē modo peribūt. Et relinquēt diuitias [propter quas multa mala cōmiserūt] alienis [ꝛ si etiā filijs relinquāt/alienis tamē relinquūt q̄a nichil eis prodesse possūt. ¶ Et licet. Sepulchra [q̄ construxerūt magnifice ad memoriā sui estimentur secūdū oppinionem eorū] domus illorū eterne [tamē q̄a aliam vitam futuram nō credūt secūdū tamē veritatem anime eorū in inferno manēt. ¶ Hic est fructus diuitiarum quem earū possessores qui aliam vitam non esse credunt afferre possunt ꝙ. Tabernacula [habitacula pulchra castra palatia domus maneant post eos in multas generationes vt sic in illis maneat eorum fama vnde seq̄tur] vocauerunt [.i. quesierunt vocari] nomina sua [ꝛ famam eorū celebrē haberi ꝑ multos annos] in terris suis

Causa huius erroris inde prouenit quia. Homo cū in honore esset quia ad ymaginē dei factus ⁊ inde aptus esset ad possidēda celestia non intellexit vel sic egit ac si non intelligeret: ⁊ ideo cōparatus est jumētis in eligēdo vitā voluptuosā q̄ est vita pecudū ⁊ iumētorū ⁊ similis factus est illis q̄a subtracto honore ymaginis nō differt a bruto. nā tolle homini dei cōsiderationē omnino pecus insipiēs est presūptio vana ⁊ caduca superbia. Nec via illorū qui sic agūt via perditionis q̄ stimulū ⁊ dolorem suis auctoribus facit ⁊ postea quasi stulti vt in ore suo sibi cōplaceāt postq̄ votū nequissime dispositionis ipleuerint mox diuinitati gratias referūt: q̄ ad suū velle perducti sūt tanq̄ assecuti essent felicitatē homini possibilē. Sed q̄d talibus in futuro erit propheta ostēdit dicens. Sicut oues ducte ad occisionē hoc ignorantes sic isti in iferno ponētur post mortē ⁊ dyabolus qui dicitur mors deducet eos de pena in penā. Justi vero dñabūtur eorū .s. malorū quādo accipiēt judiciariā potestatē in die iudicij in quo domus sua claritate oia q̄ prius erāt in nocte illustrabit ⁊ auxiliū eorū .s. malorum quod habebāt ab amicis carnalibus in potētia ⁊ diuitijs eorū in presenti vita veterascet .i. peribit omnino in inferno ⁊ a gloria eorū trāsibūt ad cōfusionē maximā. Mali ista habent Verūtamē ego loquitur quilibet justus liberabor ab istis quoniā deus redimet aiam meā de potestate dyaboli sub qua erāt boies ante aduētū cristi cū acceperit me de presenti vita. Ex quo sic mali peribūt ⁊ dñs iustos redimet alloquitur propheta vnūquēq̄ fidelem o homo. Ne timueris vt velles desistere a via virtutis cum videris malos prosperari ⁊ florere in seculo quoniā nō est magnū q̄ diues factus sit homo peccator ⁊ q̄ multiplicata fuerit gloria domus eius in parētibus in prole ⁊ in honoribus ⁊ possessionibus. Quoniā cū interierit nō sumet secū aliq̄ de bijs q̄ hic possedit nec descēdet cū eo in infernū gloria vite presētis: vnde descēdet sine gloria secularī sine turba satellitū sine presumtione gaçarum.

Quia aia eius in vita ipsius bñdicetur] nõ de bono actu sed deliciarũ preparatione laudatur ab adulatoribus assistẽtibus talibus[cõmẽdabit te] et gratias aget o deus[cuz operatus fueris aliqd in honorẽ vel lucrũ eius] Iste peccator sic diues. Descẽdet ad ifernũ vbi patres eius impij] iacent quorũ scelerũ fuit imitator[et ineternũ nõ videbit lumen] quia sicut peccata tenebrosa sunt ita peccatoribus sapiẽtie lumẽ auferũt: vnde tenebras exteriores et interiores patiẽtur. ¶ Et quare hoc ¶ Quia cuz esset preditus lumine rationis] vt pote in honore diuine similitudinis conditus noluit illo lumine regi] sed sensualitate instar jumẽtorũ pulcherime hunc versũ propheta repecijt vt se peccator a malo proposito remoueret cũ notã difformitatẽ suã in tãta increpatione cognosceret.

¶ Psalmus. xlix. in quo de vtroqꝫ aduẽtu cristi.

Deus] verus et natura et substãtialiter deus [deus deorũ] .i. sanctorũ deificatorũ per gratiam q̃ etiã est dñs minãtiũ[locutus est per se in humanitate assũpta et per precones suos qui oliz multiphariã in prophetis loquebatur[et vocauit] ad fidẽ suã[vniuersos habitatores terre] per se et apostolos quos misit in mũduz ad docẽdũ oẽs gẽtes. ¶ Vocauit q̃dẽ omnẽ terrã. A solis ortu vsqꝫ ad occasũ et incepit ista vocatio[ex syon] .i. ex jherusalẽ inde eni cepit decus euãgelij annũciari et deriuari ad alias partes inde[species decoris cristi] cepit annũciari in toto orbe terrarũ. ¶ Propheta de aduentu ad judiciũ. Deus] cristus qui occultus venit ad nostrã redẽptionem .i. maiestate sua carne çelata [manifeste veniet] et gloriosus ad iudicandũ totũ mundũ [et deus noster nõ silebit] modo silet expectãdo peccatores ad penitẽtiã tũc in judicio nõ silebit qñ sceleratis dicturus ẽ ite in ignẽ eternũ etc. et qñ iustis dicturus ẽ venite bñdicti. Ignis cõflagrationis quo exuretur facies mũdi huius quo i bonis purgabitur siqd erit purgãdũ et q̃ tãdẽ

inuoluet malos in infernũ| precedet faciẽ iudicis| et| i cir
cuitu eius tẽpestas ualida| cõſurgẽs ex oim elemẽtorũ cõ
motione ante iudiciũ vnde uirtutes celoruʒ etiam cõmo
uebuntur ita ut omnis creatura| miretur erunt enim ſig
na in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. ⁊c. ¶ Ueniens aũt iudex ad iudi
cium. Uocabit angelos| qui cum eo deſcendent ad iudi/
ciũ ⁊ perfectos uiros ſecum iudicaturos ⁊ vocabit omẽs
iudicandos que vocatio erit| ut diſcernãtur pij ab impijs
ne ulterius ſicut hic confuſis habitationibus miſceãtur.
Propheta uidens futura tanꝙ preſentia exultans exhor/
tatur angelos executores diuini iudicii dicens. Congre/
gate domino| criſto| ſanctos eius| eos. ſ. qui poſtpoſitis le
galibus recto ordine nouũ teſtamentum ſequãtur opere
adimplentes ea que in teſtamenti ſerie cognouerint faci
enda. Dñs manifeſte veniet| ad iudiciũ quoniam| annũ
ciabunt| viri apoſtolici ⁊ doctores celeſtis uerbi diſpenſa
tores| iuſticiam eius| quia iuſti remunerabũtur ⁊ repro/
bi iuſte| dãpnabuntur| quoniã deus iudex eſt viuorum et
mortuoruʒ qui nec fallit nec fallitur ⁊ cui nichil ſuppri/
mitur. ¶ Uox domini. ¶ Audi| aure cordis ⁊ di
ligenter intellige tu qui es| populus meus et loquar tibi
iſrahel ⁊ teſtificabor te| per teſtimonia prophetarũ ⁊ per
miracula hec. ſ. ꝙ| ego deus ille| qui generalis eſt omniũ
per potentiam deus qua omnia creaui| ⁊ deus tuus | pro
prie ⁊ familiaris quia te habeo ſeruũ peculialem ⁊ quia i
prophetis tibi promiſſus ſum. Cum venero ad iudiciuʒ
Non in ſacrificijs| tuis non exhibitis tanꝙ irreprehenſi
bilem ea obmittendo| arguam te| quia non quero aĩalia
in ſacrificiũ| ſed holocauſta| que ſũt de tua perſona. ſ. cuʒ
animã tuam igne caritatis inflamatã totam in ſeruitiuʒ
meum offeres talia| holocauſta ſunt in conſpectu meo ſẽ/
per grata. ¶ Bene dixi non arguam te ſi michi ſacrificiuʒ
pecudum non obtuleris ſi etiam offeres. Non accipiam
de domo tua vitulos nec de gregibus tuis hyrcos| quia
talia ſacrificia non ſunt michi accepta. ¶ Non accipiam
dico quia non indigeo eis ⁊ ſi indigerẽ non quererẽ a te.

Quoniã mee sunt omnes fere siluarũ iumenta ⁊ boues que pascuntur in mõtibus. Cognoui omnia volatilia celi de quibus solebant fieri sacrificia ut sunt turtures columbe. ⁊c. ⁊ vbertas omniũ que terra gignit michi seruit Et si ita esset ꝙ ego esuirem quod est impossibile nõ oporteret ꝙ a te aliquid peterem meus enim est orbis terre ⁊ plenitudo eius .i. omnes creature. Nũquid suz ego talis nature aut conditionis ꝙ manducabo carnes thaurorũ aut sanguinem hyrcorum potabo certe nõ immo insania esset hoc cogitare : ꝙ deus thaurorum carnibus pascatur aut sanguine potatur hyrcorũ. Ostendit que sacrificia uelit dicens. Immola deo sacrificium laudis quod in te est hoc est sacrificiũ acceptabile hoc est holocaustum pingue ut laudetur deus ab homine quẽ creauit quem redemit cui etiam regnuz celeste promittit tu aũt redde altissimo uota tua si quid vouisti deo ne moreris reddere. Et tunc inuoca me non presumas de viribus tuis in die tribulationis ⁊ aduersitatis tue eruãm te ⁊ honorificabis me ⁊ magnificabis me gratias agens cum fueris a periculis liberatus Quia non est speciosa laus in ore peccatoris prohibet ne lingua eorum presumat laudes deo canere quibus turpis conscientia obuiat dicens peccatori qui bene predicat ⁊ male viuit. Quare tu presumis predicare iusticias meas uel etiam cõmuni sermone ad populum aliquid de mea maiestate proferre oportet enim os esse iustum quod iusticias dñi enarrare presumit quare tu presumis per os tuũ sceleratuz et blasphemũ testamentum meũ sanctũ aliis predicare sancta enim ⁊ veneranda uerba os polutum docere presumere non debet. Tu uero odisti disciplinam qui ad correctiones iustas in qua presumptione murmuras ⁊ nõ vis dominũ in te vindicare ꝙ peccas ⁊ proiecisti sermones meos retrorsum eos cõtẽpnẽdo ubi non videantur a te i plendi ⁊ tamen eos aliis predicare presumis. Proiecisti quidem sermones meos retrorsum quia. Si uidebas furem currebas cuz eo opere uel consilio uel consensu uel

favore uel eius exemplo aliud furtum cómittendo ⌊ & cuz adulteris portionem tuam ponebas⌋ sequendo cócupiscé tiam carnis qui enim laudando eũ uel auxiliando vel có siliando aut dando pecunias aut aliqua adminicula p̄ben do quibus adulter vota sua perficiat sine dubio cum adul tero habere portionem dinoscitur. ¶ Arguens eum de có scientie prauitate & lingue dolositate ait. Os⌋ .i. cogita/ tio tua ⌊habundauit malicia⌋ per diuersa genera peccato rum iniqua uoluntate te ingrassando ⌊& lingua conpone bat dolos⌋ aut false laudando aut inique consulendo aut mendacia colorando ad deceptionem proximi vnde sequi tur. Sedens aduersus fratrem tuũ⌋ ex industria ⌊loqueba ris⌋ dattrahendo uel in iudicio calũpniose obiurgando ipsũ ⌊& aduersus filiũ matris tue⌋ .s. ecclesie ⌊ponebas scanda lum⌋ prebendo ei verbo aut exemplo occasionem ruine ⌊hec predicta fecisti & tacui⌋ nó statim vindicaui sed ex cle mentia mea & misericordia ad penitentiaz expectaui. Ve rum quia ex hoc ꝙ deus ex misericordia sua non statim punit; mali credũt ꝙ non debeat alias punire ideo dicit. Existimasti inique ꝙ ero tui similis⌋ consentiédo malis aut quia scelera tua statim non vindico/putes illa michi placuisse: iniquũ est hoc de me sentire vnde ⌊arguam te in deficientibus flagellis puniendo & statuã te contra faciez tuam⌋ peccata tua que tu modo non attendis ut videas feditatem tuam non corrigas sed ut erubescas. ¶ Et ideo propheta admonet omnes fideles dicens. Intelligite hec que iam cómemoraui ⌊uos q̃ obliuiscimini deũ⌋ eius mã data iniqua presumptione contempnédo ⌊nequãdo rapiat uos⌋ de presenti uita ad eternam dãpnationem ⌊& non sit qui eripiat⌋ quia in inferno nulla est redemptio. Intelli/ gite⌋ etiã hoc ꝙ ⌊ sacrificium laudis⌋ non quale scelerati canũt sed quale pura mens consueuit offerre: ipsum eniz quando cum fidei puritate & proba actione fuerit imola/ tum ⌊honorificabit me⌋ in quo sacrificio laudis ⌊ est iter quo ostendam⌋ offerenti ⌊salutationem dei⌋ O gloriosa se/ mita que ducit ad celi terreq3 creatorem que si puro cor

de peragatur fit nobis illa scala iacob que ascendentes p ducebat ad celos.

Psalmus. L. In quo propheta monet peccatorem exemplo sui ad penitentiam.

Miserere mei deus secundū magnam misericordiam tuam. quia magna est miseria mea: magna o dñe indigeo misericordia. subueni ergo grandi vulneri meo secundum magnam misericordiam. Et secundū multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meam. confugio ad miserationes ut grauibus vulneribus meis tyriacā remissionis infundas: multe sunt miserationes tue multe sunt iniquitates mee; sed miserationes tue oēm exsuperant magnitudinez quorūlibet peccatorum miserationes ergo tue deleāt peccata mea q̄uis uideantur ingentia. Dixi quidē q. Amplius dicam q hoc iterū iterūqz repetaz nec semel tepulsus precari desistam. laua me dñe ab iniquitate mea et a peccato meo mūda me. fonte misericordie: amplius laua me: amplius mūda q̄ petere intelligam sed ita munda quatenus nichil inmūduz maneat in me. Laua me domine. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. confiteor peccatum cognosco. me iniquū non nego me peccasse. q peccatum meuz. non tradam oblivioni sed continue proponaz ante oculos meos. hoc dicit propheta q̄a quotiens talia corde respicimus totiens cōmissa deploramus. Munda dico q merito te oro tu mundes me quia tibi soli peccaui. tanq̄ iudici et potenti punire quia solus tu es superior me qui potes peccata mea discutere. q malum coram te feci. te presente q videte qui vbiqz es et remitte michi. ut verax inueniaris. indulgentiam peccati dando ad te conuersis sicut promittis. in sermonibus tuis q uincas. cōuincendo de mendacio illos qui iudicant te q̄ non debeas implere promissa michi nec delere peccata mea. Propheta persuasionem remissionis peccati sui in-

ducens ex humana fragilitate dicit ne mirum ꝙ peccauí
Ecce in iniquitatibus conceptus sum] in peccato origi/
nali sicut ꝯ omnes homines ex quo ratione fomitis ad
actualia pronus existo] ꝯ in peccatis concepit me mater
mea] est repetitio eiusdem. Ecce enim] veraciter confido
de uenia tum quia] ueritatem dilexisti] et ita sine defectu
adimplebis promissiones tuas: tũ quia] incerta] s. que de
sui natura sunt variabilia] ꝯ occulta] que excedũt oculũ
mentis mee que tamen a sapiẽtia tua cõprehenduntur ꝑ
spũm prophetie] reuelasti michi] inter que cõnumeratur
misteriũ incarnationis ꝯ misericordia qua remittis pec
cata: vnde iam redemptorẽ video iã filij dei incarnationẽ
precognosco iam intueor ꝙ de semine meo nascetur ĩ quo
benedicentur omnes generationes: Inter alia tue dis/
positionis sacramenta michi reuelata video passionẽ tuã
qua mundus redimendus est ꝯ ita certus sum ꝙ. Asper
ges me] sanguine tuo qui per ysopũ que est herba humi/
lis ꝯ medicinalis designatur] ꝯ lauabis me] ꝯ] incompa/
rabiliter dealbabor Auditui meo dabis gaudium] de ab
solutione peccati quando audire meruero dimissa sũt ti/
bi peccata tua] ꝯ leticiam] de eternis bonis qua promit
tis absolutis dicẽs venite benedicti patris mei ꝛc] ꝯ exul
tabunt vires mee] que prius peccatis erant] humiliate]
Et ut possint exultare. Auerte faciem tuam a peccatis
meis] ut amplius ea non aspicias adpuniendum] ꝯ omẽs]
alias] iniquitates meas dele] preteritas presentes et futu
ras. Dele iniquitates meas oro ꝯ eis deletis. Cor mũdũ
crea in me deus] per gratiam iustificantẽ quã tu solus re
stituere potes ꝯ quia curuata est per peccatum rectitudo
spiritus mei ad terrena] spũm rectum] tendentem in deũ
] innoua intus in anime mee viribus. Ne proicias me]
a presentia tua vnde lumen ꝯ sanitas venit] ꝯ spũs sanc
ti gratiam] quam michi penitẽti ꝯ confitẽti tua benigni
tate iam dedisti] non auferas a me] uel spũm hic intellige
prophetie domũ quod sibi preciosius est omnibus rebus
Redde michi leticiã salutaris tui] s. cristi per quem fit

remissio peccatorum⌊ et spū principali⌋ .i. sancto principā te et dominante super omnia⌊ confirma me⌋ ne iterū pec cem ne a te cum mutabilitate discedam. ¶ Cū reddideris michi leticiā non ingratus ero sed. Docebo iniquos vi as tuas⌋ precepta tua verbo ut declinantes a vijs prauis penitentiā agentes misericordiam cōsequantur. docebo e tiam exēplo quia dū michi peccatori parcitur alijs spes uenie datur . quis eni ad conuersionē non paret animū vbi Rex et propheta concesse sibi venie prestabat exēplū hinc sequitur⌊ et impij conuertentur ad te⌋ penitentiam. ¶ Et aūt digne aliis predicem vias tuas. Libera me de multis peccatis meis⌋ ut ab his desinā quia tu solus po tens⌊ deus actor salutis mee⌋ liberare et cū mundatus fue ro cū exultatione⌊ annūciabo iusticiā tuam⌋ que semper tue pietati coniungitur. ¶ Ne uidear presūptuosus in pre dicatione mea. Domine labia mea⌋ que propter pecca/ ta fuerant clausa⌊ aperies⌋ dando gratiā et scientiā loquē di⌊ et os meū⌋ cū fiducia⌊ annūciabit laudē tuā⌋ qua cre atus sum : laudē tuā qua peccans non derelictus sū : lau dem tuā qua ut confiterer āmonitus sū: laudē tuā qua ut securus essem mūdatus sū ¶ Os meū dico annūciabit laudē tuā. Quoniā si uoluisses illud sacrificiū⌋ quod pro expiatione peccati debebatur in lege⌊ paratus eram et sū dare⌋ sed non offero⌊ quia holocaustis⌋ que sūt inter sacri/ ficia digniora⌊ non delectaberis⌋ non eni sunt tibi accepta que etiam in aduentu tuo qui es verū futurū sacrificiū pro peccato totius generis humani deo patri offerendū ego respuenda preuideo. ¶ Nec tamen nos sine sacrificio relicti sumus nam. Sacrificium deo⌋ acceptissimū et quo peccata soluūtur est⌊ spūs contribulatus⌋ .i. de omnibus peccatis simul tristatus⌊ cor contritum et humiliatum⌋ vnde non sanguis egreditur sed lacrimarū fluenta de cur runt⌊ deus non despicies. Benigne fac domine⌋ .i. Ostē de benignitatem uoluntatis tue ecclesie⌋ sancte ut⌊ muni menta⌋ imortalitatis nostre que per primū hominē fue/ runt destructa et que danda sunt in futuro cōstruātur mo

do in fide spe ⁊ caritate. Tunc cum muri iherusalem edi
ficati fuerint] .s.in futuro tunc[acceptum habebis sacri
ficium iusticie] .i.passionem filij tui gloriosam qui se sa/
crificium in ara crucis obtulit pro omnibus ⁊ fidelium
[oblationes ⁊ holocausta] cordis contriti et humiliati et
tunc ecclesia constructa multi[imponent super altare] fi/
dei super quod est offerendum quicquid offerendū est[vi
tulos.i.seipsos hostiā viuentem sanctam tibi placentē.

Psalmus.li. In quo confortātur fideles
contra Antichristum et complices eius.
Propheta in spiritu preuidens anticristū cum toto cor
pore suo.i.vniuersitate reproborū intelligens eū uirū
sceleratum de sola malignitate se iactantem cuz indig
natione redarguit dicens/o:antichriste.

Q Quid gloriaris in malicia] cur uelis de malis
actibus gloriari vnde deberes potius conscien
tia teste confundi:cum non nisi de bono sit glo
riandum ⁊ potentiam ⁊ honorem existimas[o
perari iniquitatem] cum tamen posse peccare non sit pos
se. Omni tempore vite tue in quo malicia tua propaga
ta est] sine intermissione[iniusticiam cogitauit cor tuuz
⁊ lingua tua locuta est ⁊ sicut nouacula acuta] ita subtili
ter ⁊ expedite[fecisti dolum ⁊ promittendo beatitudinem
terrenorum que beatitudo non est. Non aūt tantum fe
cisti malum sed. Dilexisti] maliciam[⁊ affectu ⁊ studio
[super benignitatem] quod est contra naturam quia na/
turale est diligere bonum:bonū eni est quod oia appetūt
⁊ maliciam odire:in quo execrabili morbo:comprobaris
corruptus illud magis appetibile iudicans quod natura
⁊ boni mores accusant. Item dilexisti[magis facere iiu/
sticiam ꝗ loqui equitatē. Tu insuper anticriste. Vir
linguosus ⁊ dolosus dilexisti omia uerba precipitationis
⁊ dolositatis] ad precipitāndum in mortem seruos dei.
Propterea deus destruet te in finem] eternis suppliciis

deputando licet permittat te ad modicũ regnare hoc mo
do destruet quoniam primo [euellet te] tanq̃ pestiferam
flãmam auferendo a te dignitatem tuam ⁊ post hoc faci
et te transire de hac gloria uana in qua es ad tempus [et
de tabernaculo tuo. i. de domo tua ⁊ statu tuo ⁊ finaliter
te] ⁊ radicem tuam]. i. complices tuos ministros dyabo/
li [euellet de terra] viuentium quia cũ sanctis dei nec dy
abolus nec anticristus nec sequaces eorum habebunt ali
quã portionem. Videbunt iusti] hanc antixpi iustissimã
deiectionem ⁊ destructionem [et timebunt] deum timore
reuerentiali eius iusticiam laudantes [⁊ ridebunt] super
anticristũ ⁊ merito: quoniam sancta dei pacientia a perfi
do homine iniqua uoluntate contempta est ⁊ irridentes
eum de superbia sua dicent ecce homo [qui non posuit de
um adiutorem suũ] non credidit q̃ indigeret dei auxilio
sed se deum fecit. Sed sperabit in multitudine diuitiarũ
suarũ] auri ⁊ argẽti ⁊ potentie et glorie quas male acqui
sivit ⁊ per quas multos ad se traxit [⁊ prevaluit in vani
tate sua] in mundali pompa prevaluit in malicia sua q̃a
nullus impiorũ tot fideles decipiet et sãctos persequetur
⁊ ideo merito super eum hec vindicta descẽdet. Prophe
Te creatorem te redemptorem te ducem te custodez decet ymnus ut te laudent q̄ uel spe uel re sunt in syon .i. celesti beatitudine vbi tibi reddetur totū votū nostruz non solum anima sed etiam caro iam per resurrectionem incorruptibilis facta pro vtroqz tibi reddemus laudes. ¶ Et quia ibi reddendum tibi uotum: ergo o domine. Exaudi orationem meam ut possim ad te sine macula peruenire scio ꝙ añ tribunal tuū omnes homines comparabūt reddituri rationem eorū que gesserunt in corpore mortali viuentes. ¶ Necesse est domine ꝙ exaudias quia. Verba iniquorū patrū nostrorū i iniquitate gentilitatis viuentiuz qui docuerunt colere ydola ꝛ ritus ꝛ mores suos preualuerunt super nos dominati sunt nobis. quia nos nati in terra eorum secuti sumus mores ꝛ ritus gentiliuz quibus pro etate ꝛ auctoritate obediendum erat: sed tu qui pius es iniquitatibus nostris propiciaberis temetipsum hostiā offerēdo pro nobis ¶ Dico propiciaberis ꝛ ille. Beatus rit quē tu elegisti per gratiam a massa perditorū sepāando ꝛ assūpsisti in patriam celestem talis habitabit in

celesti iherusalem] quam dicit atria propter amplitudinē
Uere beati tales qui inhabitabunt in atrijs tuis quia.
Replebuntur] .i. saciabūtur [in bonis] ⁊ gaudijs [domus
tue] patrie celestis cuius gaudia ad liquidum nulla mens
humana perscrutari sufficit quia nec oculus vidit nec au
ris audiuit nec in cor hominum ascendit que preparauit
deus hijs qui diligunt eum ecce [sanctuꝫ est templū tuū]
nullus ibi admittitur nisi ab omni sorde purgatus [mira
bile est in equitate] in quo superne beatitudinis gloria v
nicuiqꝫ secūdum dignitatem est distributa. Quibus bo
nis ut possimus repleri. Exaudi nos deus salutaris no/
ster] ut ab isto exilio ⁊ captiuitate ad celestem patriaꝫ trā
seamus tu qui [spes es omniuꝫ hominū] tam positorum
[in finibus] terre ꝙ in remotis [insulis maris] Et me
rito in te est spes omniū quoniam. Tu preparasti predi
catores] sicut montes habentes fortitudinem fidei ⁊ alti
tudinem sanctitatis humiles conuersatione sed merito
celsiores quos misisti ad predicāduꝫ ⁊ docendum omnes
gentes ⁊ hoc [in uirtute tua] quia per eos fecisti magna
miracula ut magnitudine verbi incredulos conuerterēt ⁊
factorum admiratione durissima corda mollirent. Et
bene potes preparare quia tu es Accinctus potentia] i
indutus maiestate: humanitas enim diuini uerbi potesta
te precincta est: vt quod homo ex se non habuit uirtus diui
na prestaret qui per illos montes .i. apostolorum predica
tionem [conturbas profundum maris] .i. gentilium cor
da ⁊ aliorū potentum seculi dimersa profundius: quoruꝫ
etiam predicationibus ⁊ miraculis cōpescuis [sonū fluc/
tuū eius] .s. maris ⁊ fremitum persecutionū eorū contra
ecclesiam Unde sequitur. Turbabūtur gentes] maxi/
me turbate sunt ad miracula apostolorū ⁊ casum ydolo/
rum suorū que apostolorū potentiam pauere videbūt; ⁊
in eorū presentia responsa denegare [⁊ timebūt qui infra
mūdi terminos continētur] ⁊ hoc propter signa ⁊ miracu
la apostolorū tua virtute facta [⁊ delectabiles facies con/
uersos de prosperitate huius mundi ⁊ conuersos etiam ex

euntes de aduersitate eius] itaq; vtrarūq; rerum [exitus delectabitur dn̄s quia vndiq; deuotos per [habundantiam sue largitatis acquirit. Visitasti genus humanū] tuo aduētu [et inebriasti eam] predicatione apostolorū copiosissima et saluberrima [et locupletationē] illius multis modis ampliasti. Bene dn̄e potes iebriare tuos quia. Flumē] .i. misericordia dei q̄ hic flumini cōparatur quia nec aliqua siccitate potest minui nec potationibus crebris potest expendi [repletum est aquis] .i. donis spiritualibus et non tantum potasti sed etiā cibasti vt conuiuiū domini in nulla parte esset defectuosū: vnde [parasti cibū illorū] .s. credentiū corpus dn̄i ihū cristi cuius sanguinē bibimus et de eius corpore saginamur quod nō factum est casu sed [quoniam ita ab ipso deo preparatū et dispositū est] Et tu domine. Apostolos et alios primitiuos fideles] qui de illo repleto flumine biberunt [inebria] aqua sapientie ita replēdo vt sibi et aliis sufficiant [multiplica generationes eorū] vt predicatio beata non deficiat sed multiplicetur vnde catholica semp crescat ecclesia [et in stillicidijs] .i. guttis cadētibus de doctrina apostolorū [letabitur tu dis et nouiter credēs] quibus iquit apostolus lac dedi vobis potū non escam. Et vere facies. quia. Benedices] multitudini fidelium per quā catholica dilatatur ecclesia: quā cū coronā nominat significat eā esse collectā ex omni circuitu terre [bn̄dices] quidem [corone] acquisite. s. [anno] .i. tempore gratie in quo apparuit [benignitas tua] .s. qui est ab aduētu domini vsq; ad finem seculi [et cāpi tui] .s. humiles et fideles [vberes fructus afferēt] Credētes de deserto gentilitatis ad quos nullus propheta fuerat destinatus. Pinguedinē gratie spūs sancti habundanter recipient] quando ad eos apostolorū predicatio sancta peruenit: et gratia domini per fidē decori facti sunt quos pridē incredulitatis macies horrēda turbabat [et colles] .i. altiores viri sicut martires [accingētur exultatione] quia prestante domino perueniunt ad eternum gaudiū. Arictes ouiū] .i. apostoli et ceteri sancti q̄

doctrine dono duces steterunt populo cristiano] induetur exultatione] gaudentes de fructibus predicationis et doc/ trine eorū] et valles] .s. humiles credentes] habundabunt frumento] .s. frugi bonorum operum de quo omnes qui dicti sunt] clamabunt ad dominū laudes dicentes ei].

Psalmus. lxv. In quo de exulta/ tione resurrectionis christi. Vox ecclesie.

Iubilate deo] ineffabili leticia de gaudio resur rectionis omnes habitantes terram] coniungi te iubilationi bona opera] in gloriam resurrec tionis eius: omni timore deposito] annūciate] aliis] deum esse gloriosum] non ad laudem uestraz sed ad laudem ipsius omnia referte. Dicite deo] o fideles cōfes sione laudis] q̄ terribilia opera tua] .s. q cum deus esses factus es homo: q passus: tandem q mortuus: q resur/ rexisti: dicuntur autem huiusmodi opera terribilia que profecto dici possunt amabilia: tum quia in se incompre/ hensibilia sunt: tum ut timeas: si enim gaudes propter p̄ dicta etiā time/ne quod ē datū humili auferatur supbo. et licet opera tua criste magna virtute et pietate plena sint tamen in hac virtute] mentiebantur inimici tui] iu/ dei quando opera tua signa admiranda nō spiritui sancto sed dyabolo ascribebant dicentes te in belçebuth principe demoniorū illa facere. Illis ergo relictis in mendatio. Omnis homo te adoret] te ueneretur tibi concinat te predicet ac in nomine tuo cuncta operetur o altissime. Venite] o gentes per fidem ad cristum et lumen cordis cognoscite opera dei in antiquis patribus facta in uobis esse completa] qui terribilis est super filios hominū] ter ribile est cogitare quomodo vnus reprobatur et alius eli gitur terribile est cogitare quomodo deus iudeos ex qui/ bus natus est cristus dereliquit et ad gentes ydola colen/ tes venit. Ecce opera que superius admonuit intellige re. Qui domus conuertit mare in aridam] quando he/

breum populuz per medios fluctus ire fecit⌊q̃ in flumie⌋
.s.iordanis⌊transibant pede⌋sicco⌊ibi letabimur in ipso⌋
.i.sicut tunc populus israel fuit letatus ita in prefigura
tione predictorum operũ ueraciter post letatus est popu/
lus cristianus nam ꝙ populus ille per mare transiuit se
quens cristi baptisma figurabat in quo omnis amaritu/
do peccati abluitur:ꝙ vero flumina siccis pedibus si
ne periculo populus ille transmeabat:significabat fluen
ta huius seculi secure posse per gratiaz transire:et ad flu
enta penitentie tutissime peruenire/et ibi.i.in omnibus
operibus sic completis in nobis letabimur in ipso.s.deo
quia in hijs letantur cristiani. ¶In ipso dico deo letabi/
mur ⌊Qui dominatur omnibus i virtute sua propria ine
ternũ⌋hoc est proprium eius/ quia licet dominari possũt
principes terrarum non tamen in virtute sua sed dei.
nec ineternũ⌊oculi eius respiciunt super gentes⌋ereditu/
ras ut misereatur eis⌊iudei uero q̃ alii increduli iraz dei
prouocantes non exaltentur in semetipsis⌋sed humilien
tur q̃ deprimantur.¶Et ideo.⌊Benedicite gentes deum
nostrum⌋cõsona predicatione glorificate⌊et auditam fa
cite uocem laudis eius⌋ .i.firma credulitate suscipite et
alijs predicate uocem illam qua pater de filio dixit i bap
tismo:hic est filius meus dilectus in quo michi bene cõ/
placui/quam purissimis ac deuotis mentibus oportet au
dire ut vnus ac idem credatur dominus cristus qui ante
secula a patre progenitus est cõsubstantialis/ipe etiã ex
Maria virgine procreatus dignatus est nobis fieri in as
sumpta humanitate consimilis. ¶Predicanda q̃ laudan/
da est misericordia dei quia. ⌊Ipse animam meam⌋que
peccato mortua fuerat⌊reduxit ad uitam⌋.i. ad cristum
⌊q̃ non dedit in cõmotionem pedes meos⌋.i.fecit ut non
recedam a fide recta q̃ operibus bonis.¶Quod autem a
multis periculis liberata sit ecclesia in suis mẽbris ostẽ
dit dicens in persona martirum non in preceps dedisti pe
des nostros sed bene ⌊Probasti nos⌋a duersis q̃ temptati
onibus⌊igne⌋tribulationis⌊nos examinasti⌋non sicut fe/

num quod in cineré vertitur sed [sicut argentum] quod a sordibus mūdatur. Induxisti nos [in carceres induxisti dico quia omnia tua voluntate constat esse facta [posuisti tribulationes] flagella ⁊ verbera [in dorso nostro imposuisti homines] peccatores qui sic dñarentur [sup capita nostra] vt de nobis sentētias capitales dare posset. ¶ Ité Transiuimus per igné ⁊ aquā] quod vtiq; factum est qñ alios martires ignis assumpsit ⁊ alios aqua deuorauit. [⁊ eduxisti nos] de igne ⁊ de aqua [in refrigeriū] s. in securitaté celestis patrie. ¶ Unde sequitur. Introibo in domū tuā] eterne beatitudinis [in holocaustis] .i. me totum offerēdo tibi vt nichil in me remaneat quod nō consumat ignis diuinitatis quod in resurrectione erit quando nichil manebit corruptibile in carne mea: nichil culpabile in spiritu [⁊ reddam tibi vota mea] .i. laudes tuas sub ꝓpetuitate tua deccātem ⁊ cuz omni celesti milicia ymnū glorie semp dicam hec sunt vota ⁊ desideria [q̄ fideles labijs suis dño obtulerunt] ¶ Reddā etiā tibi vota q̄. Locutum est os meū cū ego in tribulatione aliqua] vel in aliquo necessitatis articulo positus esse. ¶ Introibo in domū tuā in holocaustis quia dum vixero. Offeram tibi meipsum cū medulla intimi amoris ⁊ cum acceptabili orationis suauissimo odore] sicut ex apostolorū traditionibus habemus [offeram tibi] inquit ecclesia [boues] i. predicatores qui pectora humana feliciter exarantes eorum sensibus celestis verbi semina fructuosa cōdāt [offeram etiā hyrcos] fetidos in peccatis cōuertendo ad te. ¶ Ecclesia cōuertit sermonē suū ad fideles deuotos vt exemplo sue liberationis āplius cōfidant in domino dicens. Venite] o vos gentes [qui timetis deum] ⁊ parate vos ad intelligentiā [⁊ audite] auribus cordis [⁊ narrabo q̄ta] beneficia [deus fecit anime mee]. ¶ Inter ea q̄ fecit anime mee hoc fecit q̄ clamātibus gentibus ad ydola ⁊ ad lapides ego. Clamaui puro corde] recta cōscietia non voluntate peruersa [ad dominū] qui me fecit ⁊ refecit [⁊ exaltaui in eo quod lingua protuli] ¶ Et quia

puritas in oratione requiritur ita ꝙ orãtis animus nul lis cogitationũ sordibus polluatur dicit. Si iniquitatem aspexi in corde meo] vt compleré eam] nõ exaudiet dñs] quia talis oratio non est exauditione digna ¶ Propter/ ea quia nõ dilexi iniqtatẽ in corde meo. Exaudiuit me ꝙ intendit voci deprecationis mee] ꝙ misertus est michi. ¶ Et quia sic exaudiuit me ¶ Benedictus dñs q̃] plenus misericordia] non amouit] nõ repulit] oratione meã a se] pie enim aures eius semper justorũ precibus patent] nec amouit misericordiã suã a me] sed ampliora misericordie sue beneficia ab eo spero.

¶ Psalmus. lxvi. in quo propheta monet ad laudem dei ꝙ ad bene operandũ.

Deus misereatur nostri] erãtes reducendo ad viã rectã] ꝙ benedicat nobis] augẽdo in nobis bona spiritualia] ꝙ ostendat] deus pater] clari/ tatẽ filij sui] qui ẽ vultus eius: generi humano per incarnationẽ vt ab eo capiamus lucẽ: quia nemo po test videre nisi qui claritate eius perfusus est] ꝙ misereatur nostri] repetit quia quẽamodũ illuminatio sine dei misericordia non potest haberi: sic nec habita sine mise/ ricordia potest cõseruari ¶ Et ad hoc illuminet. Vt cog noscamus] in presenti vita vbi necessaria est cognitio] vi am tuam]. i. filiũ tuũ per quem peruenitur ad te: in qua via nemo errare potest nisi qui ab eius regulis deuiare p̃ sumit: cognoscamus dico] eum omniũ gentiũ esse salua/ torẽ] ¶ Et cũ cognouerit te per fidem. Confiteantur ti bi] peccata sua accusando se de eis ꝙ ipsis peccatis dele/ tis] confiteãtur tibi] confessione laudis] populi] non pau/ ci sed] omnes] ¶ Quia vero qui iam confessi sunt pecca ta sua formidare nequeunt futura judicia tãꝙ ibi dãpnã di: de talibus. ¶ Propheta loquens ait. Letentur ꝙ exul tent gentes] que facie dei in confessione preuenire meru rũt ꝙ conuertens sermonẽ ad deum ait] quoniã judicas]

in futuro judicio in equitate reddés singulis secundū sua merita humiliū corda sanādo ⁊ superborū colla conciden do⌊⁊ gétes in terra dirigis⌋faciés eas in hoc mūdo cōfite ri vt diabolico nequeāt errore subuerti.¶Cōfiteantur tibi populi deus⌋confessione laudis⌊confiteantur tibi popu/ li omnes.quoniam terra⌋ nostri cordis que prius in in/ fidelitate cōsistés spinas ⁊ tribulos viciorū proferebat. expurgatis sordibus ydolatrie⌊dat fructū bonorū operū⌋ ⁊ plurimos fructus virtutū et ideo.¶B\ndicat nos deus⌋ pater.s.in hac vita multiplicādo in nobis virtutes⌊⁊ be nedicat nos deus filius: bn̄dicat nos deus spūs sanctus ⁊ metuāt eū⌋qui est vnus in tribus psonis timore filiali ⌊oés hoies de omnibus finibus terre⌋vt susceptā fidem accurata sollitudine custodirent.

¶Psalmus.lxvij.in quo de exaltatione cristi ⁊ ruina aduersariorum.

¶Propheta confidenter optās resurrectionē cristi jn qua dissiparentur aduersarij eius ait.

EXurgat deus⌋i.cristus a morte⌊⁊ dissipentur iimici eius⌋judei quod impletū est in dispsione Titi ⁊ Vespasiani⌊tollātur metu animi⌋a psé tia dei q̄ vbiq̄ é presés:q̄ reprobi i judicio pre sentiā cristi iudicātis euadere cupient:licet minime pos/ sint⌊qui oderūt eū⌋i.q̄ in sua ptinacia perstiterūt.¶Sicut deficit fumus⌋sic in supbia ⁊ elatione sua deficiant⌊sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores cū ante dei faciē⌋in judicio deducētur.¶Et iusti reficiātur⌋ delicijs di uinitatis⌊⁊ exultét positi in cōspectu dei⌋in clara visione eius⌊⁊ delectétur in leticia sua⌋quā nouerunt nullo fine claudēdā.¶Propheta cōuertit sermoné ad fideles q̄bus tā tā spé dedit hortās eos ad laudes deo decātādas dicés.¶Cā tate deo puro atq̄ fideli⌋sémper animo⌊laudate eū⌋opa ves tra in gloriā nominis eius referendo⌊iter facite ei⌋corda vestra purificata pparādo q̄ dignetur ipe scūs dn̄s intro/ ire⌊q̄ ascédit sup occasū⌋ i.mortem a mortuis resurgédo ⌊cui nomé est dn̄s⌋absolute qui preest omni creature.

Exultate⌋ in interiori hoīe in cōſideratione p̄mij futuri
q̄ erūpnas preſētis vite mitigat: ideo etiā exultate q̊a⌊q̊
vos cōturbāt .ſ. oppreſſores pauperū viduarū ⁊ orphano
rū turbabūtur a facie eius⌋ ſ. dei qn̄ dicet Ite maledicti i
ignē eternū: a facie eius dico q̊ eſt⌊pater ⁊ patronus or/
phanorū ⁊ judex viduarū⌋ ¶ Iterū propheta cōmēdās xp̄z
ait. Deus inhabitat in loco ſcō⌋ .ſ. in angelis ⁊ ſāctis vi
ris⌊q̊ habitare facit hoīes vnanimes ī domo⌋ eccleſie qui
mutua caritate ſociātur: quorū ē cor vnū ⁊ aīa vna ī do
mino ¶ Alia cōmendatio q̊ .ſ. deus. Educit vinctos⌋ de vi
culis peccatorū ⁊ ſāctos patres de carcere inferni⌊fortitu
dinis ſue robore⌋ alligato diabolo eduxit quos tenebat il
le captiuos⌊ſimiliter etiā eos⌋ eduxit ſoluēdo eorū pecca/
ta⌊qui exaſperāt⌋ ⁊ prouocāt deū ad irā⌊qui habitant in
mala cōſcientia⌋ carnis voluptatibus dediti: taliū enim
miſeretur aliqn̄ deus ⁊ educit a jugo ac ſeruitute diaboli
¶ Vere dn̄e educes vinctos. Cū teipſū o deus manifeſtuz
oſtendes hoībus ⁊ fideles in operibus tuis pietatē poten
tiāq̧ cognoſcētes ad te conuertētur⌋ ⁊ cū⌊deſertis⌋ judeis
⌊ptrāſieris in deſertū⌋ gentilitatis vbi multos abſolues
peccatorū vinculis alligatos. ¶ Tūc. Mota eſt terra⌋ .i.
habitatores terre excitati ſūt ad fidē ⁊ hoc quia⌊celi⌋ .i.
apoſtoli⌊diſtillauerūt a facie⌋ habitātes in eis doctrinā ſa
lutarē miracula plurima magna faciētes⌊a facie⌋ dico dei
veteris legis ⁊ antiq̊ teſtamēti. Pluuiā⌋ doctrine ⁊ gra/
tie tue⌊volūtariā⌋ i. gratis datam ſine aliquo merito⌊ſe
gregabis hereditati tue⌋ populo jſrahelitico cui preſentia
liter predicaſti q̄ hereditas⌊infirmata eſt⌋ .i. excecata q̊a
noluit recipere verbū tuum⌊tu vero perfeciſti⌋ eam ſup/
plēdo locum eius de gētibus. ¶ Unde ſequitur. Aīalia
tua⌋ .i. gētes que dicūtur animalia: tū quia indomite: tū
q̊a ſine lege: tū quia veluti irrationabiles cultū diuinuz
⁊ honorē irrationabili creature impēdebāt⌊habitabūt⌋ in
hereditate⌋ ſ. eccleſia tua q̊a vna cū judeis fiet hereditas
tua cū vere religionis cultū te miſerāte pceperint⌊habi/
tabūt⌋ q̊dē nō meritis ſuis nec ſua virtute ſz quia⌊i dulci
miſericordia tua⌋ ab eterno⌊preparaſti⌋ hoc⌊pauperi⌋ po/

pplo gentili ad te cōuerso ⁊ diuicijs supbie carenti. ¶Ad quartū gentium conuersioné. Dñs dabit euangelizanti bus⌋ vtriusꝫ testamenti⌊scienciam⌋⁊ ita euangelizare⌊i virtute multa⌋verbo doctrine: sanctitatis exéplo: ⁊ mira culorum imensitate. Rex virtutum⌋s. angelorum ⁊ po testatū⌊dilecti filij sui ⁊ super oīa semperꝫ dilecti⌋dedit fi lio suo⌋diuidere spolia⌋i. populos a diaboli captiuitate e reptos ordinando eos in diuersis ordinibus. quod ⁊ fecit constituens in opus ministerij in edificationez corporis sui: alios apostolos: alios prophetas: alios euangelistas: alios doctores: que ordinū varietas ⁊ officiorū distributō ordinatur ad speciositaté domus ecclesie sicut speciosuz é corpus distributōe mēbrorū. ¶Faciet ⁊ hoc quoniā. Si vos fideles quiescatis a strepitu ⁊ operibus seculi⌋medi/ tātes diuinarū scripturarū sacraméta q̄ continétur⌊iter duo testaméta⌋⁊ in eis delectemini sustulerint vos⌊péne⌋ .i. virtutes quibus ad celū celeriter volare possitis⌊péne dico colūbe deargétate⌋.i. ecclesie q̄ talis dicitur quia in nocétiā habet colūbe ⁊ diuini eloquij argéteo cādore res/ plendet: cuius ecclesie ⁊ cuiuscūꝫ mēbri eius⌊vltima in specie auri⌋clarificata⌊resplédét qa postꝗ̄ de hoc mundo discesserit supra aurū eius gratia lucebit. ¶Et hoc etiā faciet nobis dñs quia. Dū celestis rex⌋cristus post ascē sioné in celū⌊discernit⌋ordinat ⁊ disponit⌊reges⌋sanctos prelatos qui bñ regāt ⁊ se ⁊ alios sup ecclesiā ipsi ⁊ alij eorū predicationibus ad fidé cristi cōuersi p fidé ⁊ baptis mū⌊sup niué dealbabūtur in selmō⌋quod vmbra iterpre tatur. i. in virtute cristi: ⁊ obūbratione spūs sācti q̄ mōs selmon in quo est plenitudo gratie ⁊ vmbra nobis fit ⁊ refugiū cōtra estus huius seculi est mons cristus qui est ⌊mōs pinguis⌋ex quo perpetua ⁊ suauia fluéta descédūt qui aquas habet irriguas ⁊ celesti suauitate conditas. Mōs coagulatus é⌋cristus propter paruulos nutriendos qui non esca corpuléta: sed coagulato lacte potandi sunt quos lacte teneriorís doctrine pascit ⁊ nutrit⌊é etiā mōs piguis⌋quia fertilitate sua semper vberrimus ⁊ propter

maturos quos pane solidioris doctrine cibat:⁊ cōuertēs sermonē ad judeos reprehēdēs eos q̄ cristū purū hominē esse credētes dicebāt illū aliquē prophetarū esse dicit[vt q̄d vos judei[suspicamini mōtes coagulatos].s.viros sā ctos prophetas vt mōtē cristū nichil distare ab eis creda tis false creditis:quoniā ⁊ si alij prophete propter virtu tū excellentiā ⁊ operū soliditatē mōtes coagulati dican/ tur nō attingit tñ ad celsitudinē illius mōtis q̄ ē in ver/ tice montiū. ¶Nō suspicamini hoc judei:quoniā cristus solus est ille. Mons in quo beneplacitū est dño habitare in eo]psonaliter[⁊ inhabitabit i eo isēparabiliter] i alijs vero montibus.s.sāctis habitabit per gratiā vsq̄[ducat eos in finē].i.in se deū contēplādū.¶Licet alij sancti cō parabiles non sint altitudini cristi qui est mons montiū sanctus sanctorū:rex regū:⁊ dñs dominantiū:nichilomi/ nus copulati caritate sūt. Currus dei]quē ille velut auri ga insedit:⁊ ad volūtatis sue ministeriū salutari legē mo deratur ⁊ regit currus dico[decē milibus multiplex.i.ex infinita numerositate omniū credentiū:posuit finitū pro infinito:q̄ in numero[milia]sunt[letantiū]⁊ hoc q̄a] de/ us est in eis]q̄ magne exultationis ⁊ cumulus ⁊ bonorū omniū dulcedo mirabilis:⁊ q̄re in eis quia obseruāt mā data dei q̄ data sūt[in mōte sinay sācto] Propheta cōuer tēs sermonē ad cristū ait. Ascēdisti]o xp̄e[in altū]sup oēs altitudines ac honores super omnes celos ad dexte/ ram patris ⁊ liberatos sāctos patres a captiuitate diabo li p̄duxisti ad celos[⁊ accepisti dona]a patre distribuenda [hominibus]. ¶Inter alia dona insuper accepisti ꝙ. Qui non credebant prius deum inhabitare]posse mor/ talibus sicut gentiles qui deū inhabitare inter homines nō credebant p̄ gratiam sancti spūs inhabitantur ab eo. ¶Propheta preuidēs tantam misericordiā dandā hoībus plenus leticia dicit. Benedictus dñs] sit cunctis diebus [omniq̄ tēpore]a fidelibus laudetur[qui ascēdit in altū] duxit captiuitatē dedit dona hominibus ⁊ prosperū iter faciet nobis ascēdendi]quo ipse precessit[deus salutariū

nostrorū] i. saluationū nostrarū q̄a de pluribus periculis
liberat nullus ergo de prospero itinere dubitet cui dux sa
lutaris est dn̄s cristus. ¶ Merito dicitur deus salutariu3
nr̄oru3 quoniā. [Deus est deus habēs potestatē saluādi]
quoscūq3 voluerit: q̄propter ipe saluos nos fecit q̄ pro no
bis mori dignatus est: ⁊ q̄a diceret aliquis quomodo mo
rimur si sumus saluati: Respōsio est duplex secundū du/
plicē intellectū huius littere. primo nō dedigneris si mo/
reris quia [ipsius dn̄i] q̄ sine peccato fuit [exitus] ab hac
vita nō alius fuit [q̄p mortis] secūdo. noli diffidere si mo
reris sed spera quia [exitus dn̄i] quo resurgendo a morte
exiuit [fuit exitus]. i. destructio mortis quia p mortē suā
mortē destruxit. Unde sicut ipse inde exiuit ⁊ nobis exi/
re dedit . spe eni saluati sumus Licet. Deus] potestatē
habeat saluos faciendi pereūtes quia tn̄ iustus est [cōfrin
get capita inimicorū suorū] auctores. s. iudayce seditiōis
. s. principes sacerdotū ⁊ seniores iudeorū: cōfringet etiā
[verticē capilli]. i. excellentiā ⁊ elationē: sectas. s. hereti/
corū quibus eleuabātur ⁊ supbiebāt [perābulātiū] dico. i.
perseuerātiū [in delictis suis] Quosdā dn̄s confringet ⁊
quosdā etiā cōuertet quoniā ¶ Dn̄s dixit ex basan] quod
iterpretatur siccitas. i. de humano genere: quod siccitas
possederat ariditate peccati: cōuertā [conuertam] profecto
multos de gētilitate ad viriditatē suā dū illi fluuios salu
tis infudit [cōuertā in profūdū maris] etiā de eis q̄ in vi
ciorū profūdo iacēt. ¶ Propheta admirās cōuersionē
aliquorū q̄ fiet per xp̄m cōuertēs sermonē ad ipsū ait. ita
cōuertes eos q̄ añ gradiebātur i voluptuoso mari vt qui
prius erāt iimici fiāt. Pes tuus] q̄ portet te predicādo ⁊
pro noie tuo certādo vsq3 [ad effusionē sāguinis] ⁊ ita vt
de inimicis tuis fiāt optimi p̄dicatores: q̄ veluti [canes]
pro te dn̄e clamorosis latratibus cōtra hostes iuigilēt ⁊
domū ecclesie tue cautissima sagacitate custodiāt: ⁊ hoc
nō a seipis habebūt s3 ab ipso dn̄o q̄ amara mutat i dul/
cedinē tristiciā vertit in gaudiū egritudies detestabiles i
salutē. Inde aliq̄ ita mirabiliter cōuersi sūt ad te o xp̄e q̄a

Videtũt ingressus tuos qbus venisti in mũdũ ꝛ vixisti in eo videlicet incarnationem vestigia predicationis quibus innocenter in hoc mundo sanctis gressibus ambulasti: miraculorum immẽsitatẽ sãctissimã vitã splẽdidissime cõuersatõnis exẽpla. ingressus dico Regis mei q̃ habitat in sãcto tẽplo eius. s. in corpore eius in quo est plenitudo diuinitatis quã pfidi videre nõ poterãt. ¶ Cõuertẽtur etiam. Principes .i. apostoli q̃ populorũ credẽtiũ principes fuerũt preuenerũt eos qa prius credẽtes ꝛ se alijs fidei ꝛ bone operationis exẽpla dederũt: ꝛ hij non soli sed coniũcti multis aliis sua predicatione conuersis laudes domini non voce tantum sed bonis actibus psonantibus et ne crederes femineũ sexuꝫ cõtemptũ: seq̃tur in medio iuuẽcularũ prima etate fiorẽtiũ q̃ tympana sua hoc ẽ corporis tẽsionẽ ad deũ laudes gloriãq; verterũt macerãtes se ieiunijs carnis afflictione gaudẽtes. ¶ Propter hec oia bona a deo suscepta. Nos fideles bñdicite deo nõ per diuersa cõuenticula paganorũ nec p hereticorũ speluncas sꝫ in ecclesijs vbi est locus bñdictionis vbi recta est fides ꝛ recta cõfessio q̃ eni extra ecclesiã sũt: deũ digne laudare nõ possũt. ¶ Benedicite dico. De fõtibus israel .i. de doctrina cristiana quã gẽtibus apostoli infuderũt fõs religionis inde ad certas nationes emanauit ab apostolis ergo doctrinã exẽplũ sumite quos dñs fõtes doctrine ex israhel cristus prius elegit. Inter quos fõtes siue ecclesiarũ pricipes ẽ Paulus de tribu beniamin ortus apostolorũ nouissimus tẽpore adolescẽcie vocatus ꝛ cõuersus q̃ raptus ẽ vsq; ad terciũ celũ. Ibi etiã inter pricipes in ecclesia cõstitutos sũt principes iuda i. apostoli sancti q̃ descẽderũt de tribu iuda de qua natus est xp̃s ꝛ cognati eius ꝛ principes ʒabulon ꝛ principes neptalim .i. sancti apostoli descẽdẽtes de tribu ʒabulõ ꝛ de tribu neptali. Propheta accepto taꝫ inestimabili munere ad patrẽ cõuersus dicit. Mãda deus pater virtuti tue i. xp̃o qd: hoc. s. q; cõfirmet id quod ipse deus operatus est in nobis nos docendo resurrectionẽ suã manifestando spiritum sanctum

mittédo vt fides quā nobis donare dignatus ē firma sta
bilisq̧ semꝑ maneat. ¶ Quod operatus es dico incipiédo.
A teplo tuo in ihierusalé [ibi eni xp̄s ꝑsonaliter predica/
uit: ibi spūm sanctū super apostolos misit: quibus aposto
lis ⁊ aliijs discipulis cófirmatis: ⁊ fidé cóstáter predicáti/
bus per orbé multe gétes cóuerse ad xp̄m. Reges ⁊ prin
cipes dederūt multa] ⁊ magna [munera] ad edificationē
ecclesiarū ⁊ sustétationé ministrorū ī eis. ¶ Propheta nūc
cóuertit orationé suā vt deus fidei hostes sua virtute cō
pescat: videlicet tyrános ⁊ hereticos dicés. Increpa] có/
pesce feras. i. tyrános gétiles principes romanos quos
[feras] noiat propter crudelitaté [vnde sepe dabant feris
martires deuorádos [arūdinis] vero quia principes roma
ni vento vanc glorie mouebātur: cópeseéda est etiā con/
gregatio thaurorū. i. hereticorū q̄ sunt ceruicosi indomi
ti q̄ erecta ceruice seducunt aias innocentes ⁊ ad suū gre
gé trahūt quos infelici persuasione decipiūt: inter quos
leues ad seducendū sunt [vacce populorū]. i. mulierculę
vel muliebriter viuétes ducti volūtate leuissime: q̄ ꝑ fi/
dé doctores táq̄ thauros sequūtur horū auté tyránorū ⁊
hereticorū studiū est vt per torméta aut dolos aut blan/
diméta [separát ⁊ auertát] a veritate fidei eos qui magis
q̄ [argentū] in fornace [probati sūt]. s. catholicos docto/
res. Dissipa gétes. s. hereticos ⁊ alios eis cósentiétes [q̄
bella volūt] seditiones cómouétes aduersus ecclesiā quod
fiet q̄a [de egipto]. i. de mūdo peccati nigredine tenebro
so veniét [ligati]. i. apostoli q̄ pacé mūdo attulerūt dicé/
tes: genus humanum deo patri reconciliatuȝ esse per cri
stum venient dico ad conuertenduȝ populos de tenebris
peccatorum [⁊ ethyopia]. i. gétilitas denigrata peccatis
[preueniet manus]. i. vindictas [dei deo] recóciliata per
fidé ad presentiam q̄a prius credet q̄ deus vidicet de ea.
¶ Propheta exultás de hac gétiū cóuersione ad deū inuitat
omnes fideles ad laudem dei dicens Regna terre] i. om
ne genus hominum [cantate deo] cum puritate mentis ⁊
[psallite dño] hū operádo ad laudé eius q̄ a móte oliueti

qui est ad oriente᷑ ascendit super omnes celos. ¶ Et q̄a post ascensione᷑ post paululū ve᷑turus est ad judiciū dicit propheta ꝙ tūc. Uocé suā virtuosam faciet⌋ vt ad uocatione᷑ suā oés hoies resuscitētur: ⁊ q̄a tantus est vos oés hoies⌊ date gloriā deo⌋ regnanti super omnes vidētes deum cuius⌊ magnificentia ⁊ virtus⌋ apparebit in sanctis apostolis ⁊ alijs viris perfectis q̄ aliquādo⌊ nubibus⌋ cōpatantur quia nō solus veniet ad judiciū sed cū senioribus populi sui. ¶ Unde sequitur. Mirabilis deus in sanctis suis⌋ quos post multas tribulationes excxit in sublimitate celorū⌊ deus populi cristiani dabit plebi sue⌋ fragili ⁊ infirme⌊ virtutē⌋ refectionis⌊ ⁊ fortitudinem immortalitatis⌋ quā in sua carne premisit. pro tantis ergo bonis a deo nobis promissis dicamus nos cū propheta gratias agentes illi⌊ benedictus deus⌋.

¶ Psalmus. lxviij. in quo de passione cristi.
Uox filij ad patrem ex persona humanitatis.

SAluū me fac deus⌋ nō rogat vt differatur passio qua genus humanū redimere decreuerat. sed vt non diu retineretur in morte⌊ quoniam aque⌋ .i. seditiones ⁊ persecutiones populi judeorū⌊ intrauerunt vsq̄ ad animam meam⌋ intantū eniꝫ seuierūt in me vt auferent vitam meam. ¶ Saluum me fac oro deus quoniā. Infixus sū in limo profūdi⌋ captus sum cōprehensus sū in manibus iudeorū qui sunt limus .i. corruptio secundū cōmunem naturam humanitatis q̄ de limo formata est sed dicūtur limus profūdi propter sceleratā ⁊ profūdam iniquitatē eorum⌊ ⁊ non est substātia⌋ .i. carnis virtus per quā exinde euadaꝫ nisi tu salues Ueni in altitudinē⌋ persecutionis insanientiū judeoruꝫ ⌊ ⁊ seditio⌋ cōcitata per eos⌊ dimersit me⌋ in mortē. ¶ Et de hoc nō sunt excusabiles quia ego clamaui ostēdēdo ea non esse facienda que michi faciebāt ⁊ hoc. Clamans laboraui⌋ quia non audiebar a pfidis⌊ raucē facte sunt fau/

ces]. i. similes rauco quia a paucis exaudiebar [defecerũt oculi mei] carnales qui in morte extincti sunt [dũ spero ĩ deum meum] qui me cito resuscitabit. ¶ Cõsequẽter plãgens multitudinem persequẽtium ait. Multiplicati super me capillos capitis mei qui oderunt me sine causa] gratis oderunt me quẽ sine vllis offensionibus sine merito meo persecuti sunt me. ¶ Et non tantum sunt multi sed. [Confortati] sũt per herodẽ ⁊ pilatũ ⁊ fortes facti sũt [inimici qui me persecuti sũt injuste] in qua tribulatiõe [exsoluebã] penas pro bijs [q̃ non rapui] i. pro peccatis q̃ non perpetraui sed primi parẽtes rapuerũt ⁊ ego pro eis suspensus sũ ¶ Unde sequitur. ¶ Exponens propter q̃ passus est ait: tu sancte pater. Scis insipientiã meorũ] a me luẽdã [⁊ delicta] scienter facta [meorum] que in me suscepi deleda [a te non sunt ascondita] delictorum eni fui susceptor: non cõmissor. ¶ Et quia talia non mea culpa patior ⁊ dñe precor. Vt non frustrẽtur sancti patres prophete ⁊ alij iusti qui detinentur in inferno [qui expectãt] educi per me: quod fieret si nõ resurgerẽ. ⁊ ideo [domine virtutũ] cui nichil impossibile est non aliter eueniat q̃ spũs sanctus per eorũ ora predixit. Non cõfundãtur sup me] morientẽ. i. non humanas insultationes de mea dormitione sustineãt [qui te requirere cõprobantur deus israel] .i. videntiũ deũ. ¶ Merito non debẽt confũdi in passione mea qui te expectant: quoniã nõ pro culpa mea. Sustinui obprobrium] crucis sed vt volũtatẽ tuam expleres [⁊ confusio] .s. conspui alapis cedi: velato vultu derideri ⁊ tãdem dignus haberi cũ latronibus crucifigi [cooperuit faciem meã] ¶ Et exequẽs passionẽ ait. Extraneus factus sum fratribus meis] .i. judeis qui erãt eius sanguinis vicinitate cõiũcti: quibus extraneus factus est quando ei credere noluerũt [⁊ peregrinus] eisdẽ judeis [filiis] sinagoge [matris] sue sinagogam aũt matrẽ dicit: de qua ortus est dũ in judea gente nasci dignatus est: quibus fratribus peregrinus fuit: quando eũ non receperũt sed potius abjecerunt eũ dicẽtes hũc nescimus vnde sit. ¶ Ideo

peregrinus eis factus sum. Quoniã çelus siue amor domus tue totuz me sibi [uẽdicauit ⁊ absorbuit: unde quia domus tue gloriam çelãs persecutus sum in eis iniquitates eorũ eiciẽdo uendẽtes ⁊ ementes in templo indignati sũt contra me: ⁊ machinati sũt michi mortẽ[⁊ obprobria que iudei exprobrauerũt tibi: miracula que ego tua uirtute faciebã attribuẽdo uirtuti demonum [ceciderunt super me q̃a ocasione miraculorum que tua uirtute operabar: iudei quesierũt mortem meã dicẽtes quid facimus quia hic hõ multa signa facit ⁊c. ¶ Propter hec erga eos iratum non me ostendi uolẽs me de eis uindicare sed tristicia quasi pallio. Cooperui me] quia [ieiunus essem] ab illis non potens aliquos michi incorporare de eis [⁊ factũ est in obprobriũ] irrisionis ⁊ detractionis [michi] semper eni boni malis obprobrio sũt quando minime eoruz sceleribus acquiescũt dũ illis studiose detrahũt q̃bus nulla societate iungũtur. Et posui vestimẽtũ meũ ciliciũ] .i. tristiciã ostendi faciens me similẽ illis qui vestiuntur cilicio .s. penitentibus nusq̃ eni legitur dominum vsum fuisse cilicio [⁊ factus sum illis in parabolã] de quo fabulas suas irrisorias facerẽt. ¶ Unde sequitur. Aduersuz me loquebãtur in publico] vbi cõueniebat conuẽtus plurium qui michi insultabant [⁊ potatores vini] in tabernis in derisionẽ meam [cõuertebant cantus suos]. ¶ Illi ita seuiunt cõtra me. Ego vero orationem meam ad te dirigo] quia iurgijs hominum non inflãmatis rixis sed pijs orationibus obuiandũ est pro eis vt conuertantur. ⁊ quia ad te oro exaudi me quia nunc est [tẽpus beneplaciti] .s. gratie quod tu [deus] pater humano generi p̃ me subuenire disposuisti tempus quod vincit omnia secula: tempus quod mũdũ reparauit labentẽ: tẽpus quod eternitatem attulit ⁊ salutem. ¶ Tempus q̃dem preparatum fuit a te non meritis hominũ sed. ¶ In multitudine misericordie tue] nam si multitudo misericordie nõ fuisset nequaq̃ redimi poteramus obnoxij: non eni paruũ misericordie fuit que tam ingentia peccata superauit multitu-

do quidem fuit delicti sed multo numerosior misericor/
dia illa q̄ vincit: ⁊ quia iam o deus pater tépus benepla
citi est [exaudi me in veritate salutis tue] .i. in perfecta
resurrectione quá in veritate pollicitus es p prophetas.
Eripe me de luto vt nó infingar] .i. eripe per accelerati
oné resurrectionis [vt nó putrefiá] in sepulcro [libera me
ab hijs] .s. iudeis [qui oderút me] quorum odia resurgéte
cristo frustrata vanuerút [⁊ de populo iudeorú] q̄ profun
dus erat ex malignitate cósilij ⁊ seditionibus turbulétus
Non me dimergat tempestas aque] .i. passionis mee vt
diu detinear in morte [nec absorbeat me profundú] terre
in sepulchro vt corpus meū in eo putrescat nec puteus
limbi patrú cum ad euz descenderit anima mea [claudat
super eá os suum] vt inde nó exeat sed cito redeat ad cor
pus ⁊ resurrectio compleatur. ¶ Expositus periculis o
rat dicens. Exaudi me domine quoniá benigna est mise
ricordia tua] semꝑ ad bñfaciendú. parata [secundú multi
tudiné miserationum tuarum respice in me] . Et ne auer
tas faciem a puero tuo] .s. cristo q̄ puer dicitur tú prop
ter innocétie puritatem: imunis enim fuit ab omni pec
cato: tum quia in humilitate carnis apparuit. velociter
exaudi me non differas resurrectioné meá vsq ad cómu/
nem omniú resurrectioné [quoniá tribulor] precessit affli
ctio: sequatur [velox misericordia tua] ¶ Ergo. Intende
anime mee] considerás q̄ innocétia tibi seruierit [⁊ libe
ra eam] non rogat vt differatur passio sed vt cita resur/
rectione glorificetur. non tantú propter meipsum me li/
bera sed etiam [propter inimicos meos eripe me] vt vi/
dentes me resurgenté tercia die confundantur vel cóuer
tantur ad te. Merito exaudire me debes quoniaꝫ. Tu
scis] quare in assúpta carne ista sustineo [improperiú mi
chi illatum] in verbis turpibus ⁊ iniuriosis [confusioneꝫ
meá] quando captus sú ad modú latronis ⁊ [ignominiaꝫ
meá] in sputis alapis ⁊ flagellis michi illatis: quare aũt
ista sint illata tu scis. ¶ Exaudi me dico vt punias inimi
cos meos quoniá. In conspectu tue diuinitatis sút oés

qui tribulāt me] pro volūtate tua potes eos punire quā
tamen tribulationē sponte sustineo quia [improperiū ip/
sorum] presciēs illud [cor meum] voluntate [expectauit ⁊
miseriā] etiam mortis libenter accepit: desiderio enim de
siderauit hoc pasca māducare. ¶ Et sustinēs ista. Expec
taui qui simul contristaretur ⁊ non fuit] de tanta multi
tudine iniquorū quis aut [cōpassus doloribus meis aut
extitit] cōsolator] sed oēs leti scelus peregerunt. Qui con
solaretur ⁊ non inueni sed. Dederunt escam meā fel ⁊ in
siti mea potauerunt me aceto] hoc impletū fuisse in euā
gelijs legimus. ¶ Predicit penam judeorū dicens. Fiat
mensa eorū in laqueum] hoc impletū est quando ipsis ce
lebrantibus in jherusalē conuiuiū pascale: circundati sūt
a romanis ⁊ conclusi sicut aues in laqueo ⁊ in retributi
ones] penarū debitarū propter mala illata cristo [⁊ in seā
dalum] tuendo de malo in malū nam fame ⁊ peste ⁊ gla
dio percussi sunt in illa obsidione. ¶ Predicitur pena ceci
tatis judeorum. Obscurētur oculi eorū ne videant] ve/
rum solem iusticie nec legis sacramenta intelligant: nam
qui intendere noluerunt dum poterāt ipsa illis optatur
merito pena [ne videāt ⁊ dorsū eorum semp incurua] ni/
mio delictorum pondere pregrauatum. Effunde dñe sup
eos vindictam tuam] in presenti [⁊ furor indignationis
tue comprehendat eos] in futuro iudicio Fiat habitatio
eorum deserta] quod impletū est in euersione iherosolime
ciuitatis per romanos [⁊ in tabernaculis eorū non sit] ex
numero illorū [qui inhabitet ī templo ⁊ ī palacio regio]
¶ Propheta asignans causā omnium illorū malorū dicit
Quoniam] cristum filiū tuum [quē tu] nō pro culpa sua
[percussisti] passibilitate ⁊ mortalitate q̄ pena est huma/
ni generis pro redēptione ⁊ salute omniū populorū per/
cussisti: iudei ex malicia [persecuti sunt ⁊ super dolorem
vulnerū meorum] qui erat de eorum peccatis ⁊ perditio
ne [addiderunt] michi mortem qui venerā pro salute mul
torum. Permitte eos addere iniquitatē iniquitati] tue
re de vicio in vicium [⁊ non intrent in viam veritatis] q̄

ducit ad vitam eternam. Deleantur de libro viuentiū⌋ per finalem reprobationē ⁊ dāpnationē eternā: non autē dicuntur delendi quia ibi scripti fuerint quia qui absolute ibi scripti sūt nunꝙ delentur eterna predestinatōne solidati sed quia ibi scriptos seipsos iudicabāt: seqtur⌊⁊ iustorū ordini non interponātur⌋ ¶ Illi sunt tales. Ego sum pauper⌋ qui cū diues esset pro omnibus pauper factus est vt diuitiarum eius participes efficeremur: ⁊ etiā⌊sum dolens⌋ pro omnibus. ipse enim dolores nostros in se tulit⌊⁊ salus tua⌋. i. diuinitas tua per quam fidelibus medicina confertur⌊me suscepit⌋ resuscitando a morte. ¶ Et quia salus tua me suscepit. Laudabo in me⌋ ⁊ in mēbris meis⌊nomen tuum cū exultatione ⁊ magnificum predicabo eū⌋ per membra mea⌊⁊ laudabo eum⌋. Et laus illa mea placebit deo⌋ super omnibus sacrificijs legis in qua mos erat vt pro peccatis⌊vitulus⌋ vnius anni offerretur: q̄ iā⌊cornua producebat ⁊ vngulas⌋. ¶ Placebit laus mea super vitulū. ⁊c. ideo. Videant pauperes ⁊ intelligant⌋ ꝙ oblatio deo accepta in mente est: in qua pauper equatur diuiti nō in exterioribus rebus: ⁊ indeLletētur⌋ ⁊ ad pauperes conuersus ait: o pauperes hoc intelligentes⌊ querite dominū⌋ per desiderium pedibus fidei spei ⁊ caritatis ⌊⁊ viuet anima vestra⌋ vita gratie hic: ⁊ vita glorie in futura vita. ¶ Querite dominū. Quoniam exaudiuit dn̄s⌋ omnibus tēporibus⌊pauperes⌋ qui q̄runt eum⌊⁊ vinctos suos⌋ qui. s. legibus vinciuntur siue alligantur⌊non despexit⌋ ipsos enim liberat a laqueis carnalibus quos suis regulis cōnexos agnouerit. ¶ Quia ergo ita ē. Laudent illum celestia terrestia ⁊ omnia in mari natantia ⁊ omnia q̄ in eis sunt⌋ hec laudant deum dum ex eis laudatur creator eorum. Hinc etiam laudādus est deus. Quoniā deus saluam faciet ecclesiam⌋ q̄ illum mente speculatur ineternū: q̄ hic multis ꝑsecutionibus multis fatigatur angustijs⌊⁊ edificabūtur ciuitates⌋. i. ecclesie ꝑticulares Jude. i. cristi qui ex origine⌊jude⌋ carnis propagatione descendit. Et inhabitabūt ibi⌋ in syon fideles⌊⁊ be/

reditate acquirent eaz] vt possideant eam in eternum qñ ad jherusalem eternam dñi miseratione peruenerit. ¶Et non vna generatio sola iustorũ habitabit in ea sed successores ideo. sequitur Et semé] i. imitatores [seruorum] i. apostolorum ¶ discipulorum ¶Christi possidebit eaz eternaliter ¶ vniuersaliter omnes [qui diligunt nomen eius habitabũt i ea. s. ciuitate celesti eterna felicitate gaudẽtes

¶Psalmus. lxix. jn quo monet vt in solo deo confidamus ¶ gloriemur.

¶Nor prophete in persona generalis totius ecclesie que in pñti pacé perfectã habere nequaq̃ valet. ideoq̃ in ãgustijs et calamitatibus huius uite posita diuinũ implorat auxilium dicés

DEus] qui soles iuuare [in adiutoriuz meum intende] contra pericula ¶ ne inimici preualeãt michi ad adiuuandum me festia: quia si tardet misericordia grauiora crescent pericula. ¶Ecclesia emendationem postulans inimicorũz suorum ait. [Confundantur]. i. de peruersitatibus suis turbentur [¶ reuereantur]. i. formident ne pro lesa justicia penas incurrant [qui q̃runt animã meã]. i. vitã meã perdere. ¶Auertantur retrorsũ] i. a proposito suo malo [¶ erubescant] ne possint implere quod moliuntur [qui volũt michi mala] ¶Auertãtur statim] vt a suo proposito [erubescentes] velociter se cõpellãtur abscedere [qui dicũt michi irrisorie euge euge] i. gaude gaude. ¶Orans pro justis ait. Exultent ¶ letẽtur in te] in quo est lux ¶ non in alio [qui q̃rũt te: confitentes te magnificũ ¶ liberalissimũ in dando cõfitentibus veniam [qui diligũt filium tuum] memores saluationis sibi a deo collate per euz. ¶Nor populi cristiani. Ego vero egenus sum] egenus cõtinue gratiã diuinitatis expectãs [¶ pauper] ad beneficia tua suscipiẽda aui de properans [deus adiuua me] a tribulatione mundana vbi cũ viciorum aduersitate pugnamus tua miseratione liberando. ¶Adiutor meus] in necessitatibus ¶ de hac se/

culi clade liberator esto domine quia nō est alia michi spes: ideo dñe ne moreris licet enim deus mēsurate faci/ at omnia. nos tñ tardū putamus quod desiderio magno requirimus.

Psalmus. lxx. in quo monet vt i omni tēpo re totā spē nostrā in dño ponamus.

Alor cuiuslibet justi.

IN te domine speraui nō in honore nō in mū danis que caduca sūt: q ideo non cōfundar nō erubescā in eternum. s. in illa judicij retribu/ tione vbi confūdi nō penale est in iusticia tua non mea quia iusticia tua misericordiā semp habet con/ iūctā: vnde eius est sēper parcere supplicanti libera me a periculis q eripe me de potestate diaboli ne cū eo dāp nemur. Inclina ad me egrotū q jacentē auré tue mise/ ricordie q salua me ab egritudine q̄ intus est. Est ne ad me veniāt jacula inimici oro. Esto michi in deū pro tectorē q̄a ego me protegere nequeo q in locū munitū vt non tantū sim protectus sed etiā securus: vnde sequi/ tur saluū me facias in alio enim saluus esse non potero Oro vt sis michi protector Quoniā firmamentū me us dans michi firmitatē constātie contra omnes tēpta/ tiones q refugiū meū in omni tribulatione mea Deus meus quia in te speraui eripe me de potestate diabo li qui absolute dicitur peccator q de manu contra legē agentis qualis est judeus q malus cristianus q iniqui vt sūt pagani qui nulla lege domini refrenātur sed more ferarū faciūt quodcūq; libuerit. Merito debes me eri pere. Quia tu es patientia mea causa propter quā oia libēti animo sustineo q spes mea. i. certitudo futuri pre mij mei a tēpore conuersionis mee Non solū a juuen tute spes mea es sed etiā a pueritia. Quoniā in te cōfir matus sum. i. sustentatus ex vtero q de ventre matris mee tu es protector meus. propter que ad te q. De te laudes cantabo sine fine qui bona tribuisti michi: quia aūt te solum laudo. q res seculi respuo factus sū prodigiū

amatoribus seculi reputantibus me q̄si insanū ꝙ non se quor q̄ amat ⁊ sequitur peccātiū multitudo: sed contra omnia obprobria illa ⌊tu factus es michi adiutor fortis⌋ ❡ Petit vt dignas gratias possit reddere dicés. Repleatur os meum laude⌋pro tuis beneficijs⌊ vt⌋toto tépore meo⌊cātem⌋⁊ predicé⌊te gloriosū⌋⁊ magnitudinem beneficiorum tuorum q̄ fecisti michi. Tu es domine spes mea a iuuētute mea sic ne proicias me in tépore senectutis mee⌋quia fessa virtus mea indiget plus adiuuari: q̄d per senectuté intelligat exponit dicens⌊cum defecerit virtus mea⌋i. quando patientie firmitas quassata mollescit neq̄ sustinere potest viribus suis onus tribulationis impositū⌊ne derelinquas me⌋quia intellecta debilitate mea insidiātiū feruor accésus est. ❡ Et hoc ideo dico❡ Quia inimici mei dixerunt mala michi⌋ exprobrantes michi⌊⁊ q̄⌋studio decipiendi⌊custodiebant animā meam consiliū fecerūt in vnum⌋côuenientes in eandé voluntaté nocédi dicentes Deus dereliquit eū⌋mundani qué vidét calamitate crebra fatigatum credunt a deo desertum⌊persequimini⌋quia fugere non poterit⌊cóprehendite⌋quia reluctari validissimis non valebit: ⁊ securi tenere⌊quia non est qui eripiat⌋ ❡ Ipsi me ita derelictum putant sed tu. Deus ne elongeris a me⌋diu me permittés ab illis tribulari⌊deus meus in auxilium meū respice⌋vt si debeā adhuc affligi dignā michi patientiam tribuas: nā quem tu adiuuas malorū contritione non deficit sed tūc spe potius erigitur quādo tribulationū fasce p̄grauatur. ❡ Me respice ⁊ ❡ Confundantur ⌋ inefficaces effecti perficere quod volebant⌊⁊ deficiant⌋viribus vt non sint⌊potétes⌋ vlterius aggredi⌊detrahentes anime mee operiātur⌋intātum⌊cófusione⌋⁊ pudore de mala cósciétia eorū vt actiones pristinas vita meliori condépnét⌊quia querunt mala michi⌋ ❡ Quicquid alij faciant quicquid michi mali preparent. Ego auté semper in te sperabo ⁊ adiciam sup omnē laudé tuam⌋quā de mundi creatione habes: adiciā aliam laudem ꝙ filiū tuum incarnari feceras pro salute

cunctorũ ¶ Unde sequitur. Os meũ annũciabit] predicabit alijs. s. gentibus [iusticiã tuã] i. filiũ tuũ per quẽ ipleta est iusticia [salutare tuũ] per quẽ tu pater saluté dedisti mundo. Quoniã nõ cognoui] per practicã [negotiationes] q̃ malis actibus vt mẽdacijs perjurijs ꝛ blasfemijs inq̃nantur [introibo in superna domũ] vbi cognoscã poté tiã dñj ꝛ ibi [memorabor iusticie tue solius] tũc enim mirabilé ꝛ singularé esse cognoscã cũ impios in iehennam ꝛ fideles mittes in requiem sempiternã. Quia docuisti me] per libros diuinos ꝛ reuelationẽ [ab inicio fidei mee vsq̃ dũ fuerit tẽpus pronũciabo alijs mirabilia tua] maxime mirabilé incarnationis nouitaté omne miraculum ꝛ nouitaté transcendenté. Et vsq̃ ad vltima mea nõ derelinquas me] quatinus tua fortitudine roboratus vsq̃ i finé seculi laudes possim tuas debitas explicare. ¶ Ne derelinquas me. Donec annũcié] filiũ tuũ qui est [brachium tuũ] per quod oia facta sũt ꝛ quo diabolus superatus est [generationi omni] per successiones [q̃ ventura est] vsq̃ in finé seculi. ¶ Rursus ne derelinq̃s me donec annunciẽ. Potentiã tuã] qua saluas homines [ꝛ iusticiaz] qua iudicas omnes secundũ meritũ vniuscuiusq̃: annũciez dico deducẽdo predicationẽ meam vsq̃ [in altissima q̃ fecisti magnalia] circa redẽptionem humani generis [q̃ altissima sunt] ꝛ profũdissima: o deus [quis similis tibi] certe nullus: quoniã omnis creature virtus in infinitũ distata sublimitate nobilitatis nature tue: ꝛ incõprehẽsibilitate tue potentie: Quãtas ostendisti michi] per rei experiẽtiam [tribulationes multas] numero: ꝛ qualitate [malas] .i. graues [ꝛ dum me conuertisti ad te viuificasti me] vita gratie [ꝛ de abissis terre] .i. de profunditate peccatorum iterum per penitentiam [reduxisti me]. ¶ Et michi sic reducto. Multiplicasti magnificentiam tuam deus] multis modis michi magna beneficia cõferendo [ꝛ consolatus es me] securum me faciẽdo de eterno premio ¶ Vere consolatus es me. Nam ego o deus ideo confitebor tibi] confessione laudis in decantatione psalmorum

L veritaté tuam J s. q͂ verus deus es ⁊ verax in promissis L psallā tibi opere J qui es sanctificans omné vidēté deū ¶ Vere cantabo tibi ⁊ ex magnitudine deuotionis. La bia mea exultabunt ⁊ aīa mea quā redemisti J. ¶ Nō tan tū anima mea cantabit tibi. Sed ⁊ lingua mea J cū fue/ rit in resurrectionis gloria L meditabitur justiciam tuā J cantātes ineternū misericordias tuas ⁊ hoc erit L cū cōfu si fuerint ⁊ erubuerint qui modo insultāt michi J.

¶ Psalmus. lxxi. in quo monet vt cristū verū ho minē ⁊ verum deū esse credamus.

Propheta ad patrem loquēs ait O deus pater fac quod preuideo futurum.

Da judiciariam potestaté regi cristo ⁊ eidē fi/ lio tuo q̄ est rex verus judicij executionē. ¶ Iu dicium da dico. Judicare J vt judicet L populuz tuū in justicia ⁊ pauperes tuos in judicio J pau peres aūt patris ⁊ cristi sunt qui mūdana superbia dere licta humilitati se per omnia tradiderūt: nā ⁊ si pauper su biat non est dei pauper: ⁊ si locuples humilitatez diligat non est seculi diues: voluntates eni̅ taliū sunt inspiciēde non oia. ¶ Potestaté hanc judiciariam da regi cristo sed prius preciatur judicaturus per legatos tuos. Suscipi/ ant mōtes J i. sancti apostoli qui ad superna firmiter ele/ uati celesti gracie sunt proximiores mādatum annūcian di L populo dei pacé J i. cristū L ⁊ colles J i. alij inferiores gra dus q̄ apostoli sed tamé altiores populis iusticiaz. i. cris tuz. pax vere dicitur cristus quia per ipsum homo recōci liatus est deo: iusticia etiam dicitur quoniam orbem ter rarum sub equitate iudicabit: ⁊ quia diabolum per justi J ciam magis q̄ potentie virtute superauit. ¶ Oraui vt da ret regi cristo iudicium: ⁊ vere dabit quoniam ipse. Ju/ dicabit paupes J pro cristo voluntarios qui sunt L in po/ pulo J vbi boni sunt malis admixti: vt qui pro eo pau/ peres facti sunt celestis regni diuicijs locupletentur. L

Clamaui in sup [ad te] toto cordis affectu [saluũ me fac] hoc genere saluationis [vt custodiã mãdata tua] q̃bus vita paratur eterna. ¶ Ex magno orandi effectu Preue/ni] horã opportunã i qua solet fieri oratio preoccupaui faciẽ tuã vt letus q vigilãs tibi occurrerẽ [q clamaui] pro fũdo cordis clamore [quia in promissionibus tuis supsperaui] semp crescẽs in spe q̃ facies. ¶ Et etiam Preuenerũt oculi mei mane ad laudandũ te] ad modũ strennui operarij q̃ ante lucem surgit ad operãdũ [q vt meditarer eloquia tua] ad intelligendũ q faciendũ ea q̃a suauia sunt q inflãmatiua tui amoris. ¶ Quia clamaui instanter q preuenī vigilanter: precor dñe. Vocẽ meam exaudi secũdũ misericordiam tuã] non aliquo meritorũ meorũ res/pectu [q secũdũ judiciũ tuũ] non quo in futuro judicabis sed quo supplicibus parcis q se dãpnantes absoluis [vivifica me] mortuũ lege peccati. ¶ Et opus est vt justifices. quia persequẽtes me verbis q facis ¶ Appropinquauerũt] q alligauerũt [se iniquitati ex qua psequũtur me] q ad quam nitũtur me trahere [a lege aũt tua] q̃ prohibet psequi innocẽtes [longe facti sunt] ¶ Licet aũt inimici appropinquauerũt sed tamẽ nõ nocuerũt. q̃a Prope es tu domine] sãctis tuis vt eos adjuues q iimicos repellas [q omẽs vie tue veritas] q̃a siue me pmittas affligi siue me ab illa liberes totũ juste facis ¶ Et hoc vere scio quoniam. Ab inicio] quo rationis vsũ habere cepi hoc [cognoui de verbis tuis q immutabiliter vera sunt. ¶ Tu domine prope es. Vide ergo humilitatem meam] qua tibi humilior [q eripe me quia legem tuam non sum oblitus] qua dixisti qui se humiliat exaltabitur. ¶ Humilitatem dico vide q eripe q etiam. ¶ Judica discerne causam meam] quam contra diabolum qui genus humanũ tenet captiuum: ago [q redime me] sanguine tuo ab ejus captiuitate: vivifica me. s. vita eterna [propter eloquium tuum] quo dixisti: q̃ credit in me non morietur in eternũ ¶ Vivifica me oro domine. q̃a Longe a peccatoribus]

perfidis judeis salus nostra cristus ꝛ hoc [quia justificatio/nes tuas nõ exquisierũt] vt intelligerẽt eũ in eis figuratũ ¶ Et si a peccatoribus longe sit salus tamẽ nemo despe ret. quoniã Misericordie tue multe dñe [certe multe palam eni appaɾuisti nõ querẽtibus: vocasti refugiẽtes congregasti ignaros: te pro omnibus obtulisti [secũdũ indicium tuũ [quo parcis confitẽtibus [viuifica me] ¶ Ideo cõfido a te exaudiri. quia Multi sũt qui persequũtur me [fugando de loco ad locũ [ꝛ tribulant me] affligendo vt a lege tua me retorquere valerẽt [ego tamẽ a preceptis tuis nõ declinaui [sed fortius adhesi quod psecutionis martirũ tẽpore adimpletũ videmus. ¶ A testimonijs nõ tantum nõ declinaui sed declinatoribus dolui. Vidi enim preuaricantes [a lege tua ꝛ pre dolore [deficiebam [çelo caritatis [preuaricantes aũt sũt quia eloquia tua [dulcia tam vtilia [non custodierũt]. ¶ Dñe tu verax es ꝛ misericors: ego vero costans ꝛ çelator legis tue ꝛ ideo precor. Vide quoniam mandata tua dilexi [çelans pro eis in me ꝛ in alijs [ꝛ ideo [in premiũ postulo [viuifica me [per gratiam tuã illã in me augmẽtãdo ꝛ hoc [in misericordia tua [quia merita mea non sufficiũt. ¶ Quod vtiq; facies quia hoc dixisti in scripturis tuis: q̃ Vere sunt. a principio [enim quo locutus es [omnia verba procedunt a veritate increata [que ineffabilis est secũdũ quam judicandũ est de omni veritate creata: ꝛ ideo ineternum sũt stabilia ꝛ firma [omnia judicia justicie tue]. ¶ Vox ecclesie sine cuiuslibet justi: dixi in misericordia tua viuifica me ꝛ necesse ẽ quia. Principes [huius mũdi rectores [psecuti sũt me] iniurijs contumelijs ꝛ molestijs affligẽdo [sine vlla causa [ego tamen fortis in passione quia [a verbis tuis [quibus dixisti: qui negauerit me coram hominibus: ego negabo eum coram patre meo [formidauit cor meum]. ¶ Et hoc faciẽs. Letabor super eloquia tua [quibus locutus es: cũ vos persequentur propter justiciam gaude/te ꝛ exultate quoniam merces vestra multa est in celo: letabor dico sicut [q̃ inuenit spolia [vestra victis hostibus

¶ Letabor dico etiam in hoc quod. Iniquitatem odio habui ⁊ abbominatus sum / tanquam quod vile ⁊ dampnabile (legem autem dilexi / tanquam quod honestum ⁊ vtile ⁊ delectabile jugiter meditando. ¶ In cujus signum. Septies / i. semper toto tempore vite mee quam per septem dies voluetur vel septies. i. horis constitutis vt moris est religiosis (⁊ hoc confitendo omnia judicia tua / recta esse: ⁊ justa licet nobis incomprehensibilia. ¶ Dilexi legem tuam merito. quoniam Pax multa / interius in mente (diligentibus legem tuam / qui enim amat deum pacem cum fratribus necesse est quod habeat (⁊ non est illis scandalum / quia nulli sunt occasio ruine. ¶ Pacem habui. ⁊ etiam Expectabam cristum tuum / in lege michi prophetisque promissum sed ne frustra expectarem (mandata tua / que in dei ⁊ proximi consistunt dilectione (dilexi / per quam salus ⁊ pax acquiritur ¶ Non autem tantum mandata dilexi sed etiam. Custodiuit anima mea testimonia tua / que in lege ⁊ prophetis mandata fuerunt (⁊ dilexit ea vehementer / vt paratus sim pro te animam ponere. ¶ Non autem dilexi tantum sed. Seruaui mandata tua tanquam rem carissimam (⁊ testimonia tua / . i. jlla que pertinent ad cultum latrie que sunt quedam testificationes diuinitatis quod tu melius nosti (quia omnes cogitationes mee desideria ⁊ opera sunt ante conspectum tuum manifesta. ¶ Quia dilexi ⁊ seruaui mandata . jdeo o domine Appropiquet deprecatio mea / vsque ad thronum miserationis tue nec orationem meam a te repellas: hoc deprecor (da michi intellectum / quo sapiam ⁊ intelligam non secundum scientias mundanas (sed juxta eloquium tuum / ne per humanam prudentiam euanescam. ¶ Non solum appropinquet deprecatio mea sed Intret postulatio mea vsque ad conspectum tuum / vt exaudias eam hoc peto (eripe me a malis iminentibus / secundum promissionem qua promisisti tribulatis auxilium ⁊ liberationem graue enim est tamdiu luctari hic contra carnem mundum ⁊ diabolum. ¶ Da michi intellectum. ⁊ tunc Eructabunt labia mea ymnum / laudem ⁊ honorem gloriosi nominis tui ⁊ hoc faciam (cum docueris me justificationes tuas / quia aliter labia non exultabunt nisi ipse doceas.

¶ Quod si ita faceres nō solū labia mea exultabunt. sed
Pronūciabit lingua mea / alijs predicādo / eloquiū tuū /
⁊ iustū est / q̄a oīa mādata tua equitas / nichil eni est aliud
in eloquijs tuis nisi pax: nisi eq̄tas: nisi vita. ¶ Da intel
lectū. ⁊ cum hoc Fiat manus tua / .i. adiutoriū tuū sup
me / vt salues me / ab inimicorū incursu quod hac fiducia
peto / quoniā mādata tua elegi / pre omibus honoribus di
uitijs huius seculi ad faciendū ⁊ alijs pronūciandū: q̄a ho
minibus sūt ad salutē. ¶ Ideo manus tua saluet me quo
niā. Concupiui / sūmo desiderio / saluationē eternā / quam
nō nisi a te solo habere possū ⁊ ideo / lex tua / q̄ ad eam dis
ponit ⁊ dirigit iugis / meditatio mea est / ita vt inde non
auertar aliqua cura seculi. ¶ Fiat manus tua vt saluet
me ⁊ sic in futuro. Viuet aīa mea / cōiuncta tibi qui es
fons vite: vita glorie: vera vita ⁊ i illa vita / laudabit te /
laude perfecta / ⁊ iudicia tua / q̄bus iudicabis in futuro bo
nos ⁊ malos singulis reddēs iuxta opera sua / adiuuabūt
me / ¶ Da michi verā vitam ad quā per me nō possū per
uenire quinimo. Erraui / ⁊ piculose / sicut ouis q̄ perijt /
in presenti parētis transgressione in quo omēs peccaue-
rūt / require seruū tuū / cētesimā ouē scapulisq; positā re
porta ad pascua vite: ⁊ dignus sum vt queras / quia mā
data tua nō sum oblitus / sicut eni deus negligētes se ne-
gligit ita quoq; requirētes se requirit.

¶ Psalmus. cxix. in quo iustus petit liberari de
malis huius seculi. ¶ Vox iusti.

CVm tribularer / suggestionibus demonum
linguis aduersantium ⁊ iniurijs persequen-
tium / clamaui / in ore feruenter / ad dominū
⁊ exaudiuit me / liberando misericorditer.
Clamaui ⁊ iter alia hoc potissime. Dn̄e li
bera aiam meā a labijs iniq̄s / a iudeis q̄ xp̄m dominum
non solum non credunt sed etiam immundis labijs blas
phemare non metuūt / ⁊ a lingua dolosa / ab hereticorum

doctrina q̃ nos a recta fidei linea exturbare nituntur.
¶ Justus aũt hesitans et remediũ q̃rens ait. ¶ Quid / aĩa mea / dabitur tibi aut quid apponetur tibi / auxilij vel cõsilij vel remedij quo te munias contra / linguam dolosã / q̃ iniqua suadet: profecto difficile erit inuenire. ¶ Cui in terrogationi respondetur: contra linguã dolosã tanq̃ arma dabũtur. Sagitte potẽtis dei acute / .i. verba dei quibus sagittatur cor ad amorẽ dei cũ exẽplis sanctorũ patrũ q̃ velut / carbones incensi / alios igne caritatis incendũt et vastant in sibi proximis carnales affectiones et secularẽ amorẽ. ¶ Clamaui operando in tribulatione et etiã suspirãdo dixi. Heu / .i. gemitus magnus est / michi quia incolatus meus / in hijs miserijs / prolongatus est / peregrinatio mea et exiliũ a vera patria in longũ nimis produci tur quia et si breue sit tẽpus tamẽ desiderio nimio essendi cũ cristo longũ videtur. Ideo etiam heu est michi q̃a / habitaui cũ habitantibus cedar / i. cũ malis et inquietis peccatorũ tenebris inuolutis inter quos conuersans / multũ grauata est aĩa mea /. ¶ Fuit incolatus meus grauis michi quia. Cũ hijs qui oderant pacẽ erã pacificus / non iratus nõ turbulẽtus cupiens cũ omnibus si fieri potest pacem habere; sed / cũ loquebar eis / verbũ veritatis prohibens eos a malis: illi mali obstinati non solum nõ audiebant sed multis tribulationibus / impugnabant sine aliqua justa causa /.

¶ Psalmus. cxx. in quo monet fideles recurrere ad sanctos vt per eorũ intercessionem diuinũ auxilium acquirant.

Propheta in persona cujuslibet justi.

Leuaui oculos / interiores i scõs angelos et alios sãctos asistẽtes p̃sentie dei q̃ mõtes dicũtur q̃a alti dignitate: firmati eternitate: inflãmati caritate et solis justicie luce illuminati a q̃bus eorũ interueniẽtibus meritis et orationibus / veniet auxiliũ michi / ¶ Quia vero auxilia prestita p̱ sanctos sicut p̱ ministros

primo ⁊ sūt a deo sine quo nullus sāctorū q̄cq̄ potest au xiliū cōferre ait. Auxiliū meū a dño q̄ fecit celū ⁊ terrā / omnē creaturā / supremā ⁊ infimā. ¶ Iustus aūt letus ⁊ securus de auxilio dei aīe sue loquens ait ¶ Ne timeas o aīa mea quia ille qui custodit te. s. deus. Non dabit affe ctum tuū in cōmotionē vt cadat in peccatū nec dormita bit / .i. non permittet te tepescere in fide eius / qui custo/dit te / . Ecce / patēs est q̄ / non dormitabit neq̄ dormiet qui custodit israhel / quia sine vlla intermissione a deo cu stoditur qui eū spūalium oculorū intentione prospexit. ¶ Sicut petij a dño vt non det in cōmotionē pedē tuū ita erit. q̄a Dominus custodit te / in bono: ipse qui fecit celū ⁊ terrā / dñs protectio tua super manū dexterā tuā / .i. proteget ne opus tuū dextrum. s. bonū pars impediat inimica. ¶ Si te protexerit. Nec prosperitatis fulgor te vret elatione nec defectus terrenorū vret te vt / depres sione aduersitatis succūbas siue frāgaris. ¶ Et hoc ideo quia. Dñs custodit te ab omni malo / ab oībus insidijs i imici ⁊ vtinam / custodiat semper aīam tuam dñs / ne ei pars dñetur potestatis aduerse. Custodiat animā tuam dñs sic / perfecte / vt custodiat introitū tuum / in sanctorū congregationē vt sana fide itres ⁊ humilis / ⁊ exitū tuū / vt cum a corpore recesseris / continue ⁊ omni tēpore / sua custodia protegat ne te in chaos inferni precipiteris.

¶ Psalmus. cxxi. in quo monet ad desideriū celestis patrie. ¶ Propheta.

Letatus sū in hijs q̄ dicta sūt michi / a spū scō intus in me per spirationē loquēte ⁊ ab alijs prophetis ⁊ doctoribus i scripturis suis loquē tibus videlicet q̄ / in domum domini / .i. in ce lestē iherusalē / ibimus / ⁊ perueniemus ego ⁊ alij michi cō similes vt ciues efficiamur sanctorum ⁊ domestici dei. ¶ Vir iustus in hijs q̄ dicta sunt sibi letus inde quasi iā esset ibi ait o. Iherusalem / celestis / stātes erant / iā spe

in penetrabilibus tuis [affectus nostri] non labétes nō cō
moti sed stantes imobiliter: quia omnia ibi stant nichil
transit nichil ibi cadit. ¶ In atrijs tuis jherusalé nō ter/
restris jherusalem q̄ prophetas occidit sed. Jherusalez q̄]
in celis [edificatur vt ciuitas] non saxorū molibus sed vi
uis ex lapidibus que virtutū soliditate consurgit ⁊ sāto
rū societate nunq̄ dissoluēda extruitur q̄ edificatur ad si
militudinē ciuitatis quia in ea est ciuiū vnitas maxima
Unde sequitur [cujus ciuitatis participatio est in idip̄m]
sicut enī vnū est sūmum bonum quod ab omnibus dili/
gitur ⁊ participatur: jta vnus animus jdē effectus oibus
inest. ¶ Bene dico q̄ nos ibimus in domū domini. quia
Illuc]. s. ad illam celestē jherusalē [ascenderūt tribus] nō
quecūq̄ sed [tribus dñj] que cognoscentes [dominū sequi
non distulerūt] tribus domini sunt q̄ per bona opera tes/
tantur q̄ sūt vere jsrahel. i. videntes deū per fidē per di/
lectionem operantē: ascēderūt quidem [ad laudandum no
men domini]. ¶ Vere jbimus. Quia jllic]. s. in domo il
la celesti [sederūt] apostoli sancti in quibus deus sedet ⁊ q̄
escit: sederūt dico in judicio futuro cum cristo judicātes
[super domum dauid]. i. sūper familiam cristi. ¶ Pro/
pheta ad omnes loquens ait. O Vos omnes qui cupitis
peruenire in celestem ciuitatem. ¶ Inquirite q̄ ad pacē cō
sequendam pertineant ipsius ciuitatis ⁊ exequimini ea]
vt per dilectionem pacis fructū consequamini eterne feli
citatis [⁊ habūdantia pacis diligētibus te] q̄a qui relictis
caducis te deum super omnia diligit habūdantia bonorū
celestium perfruitur. ¶ Et jdeo propheta orat dicens o
domine. Fiat ergo pax in virtute tua] vt nos vinculis
caritatis astringas [fiat etiā celestium bonorū] habūdan
tia in hijs qui supeminentes tanq̄ turres] fortissime hāc
ciuitatē ⁊ virtute muniūt ⁊ proceritate decorant vt flu
ant alijs. ¶ Dico fiat pax ⁊ ego jam. Loq̄bar] jam predi
cabam alijs [pacem] de te o jherusalē. i. predicabam pacē
vite habundare ⁊ q̄ ad tuam tranquillitatem hic viuen
tes sine vera pace non posse peruenire ⁊ hoc loq̄bar alijs

[propter fratres meos⁊ proximos meos] vt ipsi vinculis caritatis astricti ad consumationem huius edificij se perfectos exhibeant. ¶ Non solum predicaui pacem tuā o iherusalem. sed ¶ Propter te que es domus dei quesiui ⁊ attraxi] predicando verbum salutis multos ciues ad te vt electorū numerus citius compleretur.

¶ Psalmus. cxxij. In quo monet ad ascensum virtutum. ¶ Propheta in persona viri iusti.

AD te leuaui oculos meos] cordis et corporis [qui habitas in celis] Unde credimus venire nostrū presidium. ¶ Et ostendens quomodo leuauit ait. Ecce sicut oculi seruorū] auxilium indigentium [in manibus dominorū] vt aliquod beneficiū ab ipsis recipiant vel si puniūtur liberentur. ¶ Item. Sicut oculi ancille similiter in manibus domine] respiciūt [ita oculi nostri] nunq̄ a contemplatione eius discedent [quousq̄ misereatur nostri] a tribulationibus liberando vel quecūq̄ beneficia largiendo. ¶ Et ideo. Miserere nostri domine] quia corpus nostrū passionibus laborat [miserere nostri] quia animus noster obprobrijs affligitur necesse est vt miserearis quia habūdant passiones in quibus [despecti sumus ⁊ derisi a malis] drridentur enim fideles ab hereticis: pauperes a diuitibus humiles a superbis. ¶ Ideo etiā miserere quia non tantū corpus sed. Anima repleta est amaritudine multum] vt nulla pars eius sit immunis [sumus enim obprobriū habundātibus] .i. diuitibus huius seculi qui [derident pauperes ⁊ despectio superbis] qui despiciunt humiles.

¶ Psalmus. cxxiij. In quo monet omne bonum nostrum deo esse ascribendum.

¶ Iusti cognoscentes a solo deo liberari a malis huius seculi dicunt.

Dicat nūc israel] populus domini gratias agēs [nisi quia dominus erat in nobis] per speciale auxiliū [nullatenus euasissamus: Nisi quia dominus erat in nobis. Cum insurgerent carnales homines persequēdo nos forte viuos deglutient nos] Item nisi quia dominus erat in nobis. Cum exardesceret furor eorū in nos vere inundacio tribulationū absorbuisset nos] Quia dominus erat in nobis] Anima nostra pertransiuit] illesa [torrentē] persecutionis: dices tu aliquis ꝙ etiam si dominus non fuisset in nobis [anima nostra pertransisset] impetuz temptationū aut furias demonū aut impiorū hominū persecutiones: humana virtute intollerabiles certe non. Immo quia transiui auxiliante deo: sit. Benedictus dominus qui nō dedit nos in venatione dentibus credulitatis eorū] Et quia sua gratia. Anima nostra sicut passer] quandoq; eripitur de laqueo [erepta est de laqueo venantiū] spirituū malignorū qui aduenandū animas laqueos extendūt in cōcupiscentiis seculi ꝗ dulcedine presentis vite. Et nō tantū anima erepta est. sed Laqueus contritus est] per dominū quia persecutiones sanctorum ad nichilum redacte sunt: cū capere nequeūt quos decipere temptabant [et nos liberati sumus] Qui gaudentes ꝗ exultātes confitemur ꝙ. Adiutorium nostrū in virtute dei est].

Psalmus. cxxiiij. In quo monet cōfidere in solo deo Quā aūt bonū sit confidere in domino patet quoniaz.

Qui confidunt in domino] toto corde habitantes fide caritate firmata iherusalem spūalem. s. ecclesiam [nō cōmouebitur] a bono proposito siue a cristo [sicut nec mons syon] i. christus in quo fundata est ipsa ecclesia. Cōfidēs in dño nō cōmouebitur q̄a. Montes] i. angeli prophete apostoli qui in modum proceritatis montanee supereminēt cunctis in sanctitate sunt [in circuitu eius] quasi murus ꝗ [dominus in

circuitu populi sui] vt munimen q alta defensio [ex hoc nūc q vsq̃ in seculū] sicut ipse dignatus est polliceri dicēs ego vobiscum sum vsqz ad consumationem seculi. ¶ Ne/ re nō cōmouebūtur confidentes in dño. ¶ Quoniam nō re linquet dominus potestatez peccatorū super iustos] elec tos suos [ne forte iusti] in longa tribulatione desperātes conuertātur ad malum q [extendāt ad iniquitatem ma/ nus suas] ¶ Et quia boni firmi merentur premiari ait. ¶ Bene fac domine bonis] opere [et rectis corde] benefac dico defende conforta exalta corona ac glorifica eos. ¶ Et quia mali merentur etiam puniri ait. ¶ Declinātes autē a iussis dei adducet dominus] in obligationes pene eterne cum demonibus obstinatis in iniquitate [tūc tādem erit pax super israel] discordiarū oīum principibus confusis.

¶ Psal. cxxv. In quo monet ad gaudiū pro liberatiōe Prophetā in persona redemptorum.

Cum conuerterit dominus vniuersum mun/ dū] sub dyaboli potestate captiuū [facti sumus vere consolati]. ¶ Unde sequitur. Tunc] cum dominus cōuerteret [repletū est gaudio os no strum] predicando pacem mundo predicādo salutem [q li gua nostra exultatione] non enim sufficimus tantas expli care laudes pro gratia qua saluamur. ¶ Tunc] post cōuer/ sionem multorū [inter gentes] aliqui nondū conuersi ad/ mirātes de tāta multitudine cōuersoruz et tanta maiesta te miraculoruz que fient per sanctos cōgaudendo [dicent magnificauit dominus facere cū eis]. s. fidelibus. Quod sancti cōfirmātes dicunt q vere. Magnificauit dominus facere nobiscum] nos nobis malefecimus qui sub pecca/ to nos vēdidimus sed redemptor nos liberās nobis bene fecit [vnde facti sumus letātes] qui prius eramus capti/ ui ¶ Et quia magnificasti facere nobiscum ideo. Conuer tere domine captiuitatem nostram] qua coptiui sub dya/ bolo tenemur [sicut torrens in austro] vt sicut torrens q

est ligatus frigore hyemis flanti australi vento soluitur ⁊ currit ita flāte spiritu sācto soluti a peccatis curramus in patriam celestem. ¶ In quo cursu licet labor sit sed nō ideo desistendum. quia Qui seminānt in lacrimis in hac valle plorationis in exultatione metēt fructuȝ eterne beatitudinis quē colligent ex operibus bonis que seminānt. ¶ Isti tales proficientes proficiebāt. Euntes de virtute in virtutem flebant super calamitate huius vite mittētes quasi ante se premittētes in illo seculo futuro semina sua opera sua bona. ¶ Predicti. ¶ Euntes ibant ⁊ flebant. sed postea venientes aūt veniēt ad iudicium quod erit cōmune omniū. Venient dico cum exultatione proferentes dn̄o bona opa sua vnde remuneratiōeȝ recipiūt.

¶ Psalmus. cxxvj. In quo monet ne aliquis quod bonū quod in se cernit propriis viribus ascribat Propheta in bonis operibus letati sumus totum tamen attribuendum est deo. quia

Nisi dominus edificauerit domū quācunq̧ spūalem. s. ecclesiam siue animā aliquā vt sit dei habitatio inuanū laborauerūt qui ad eam edificandam predicādo aut sacramenta ministrādo laborāt nō enim qui plantat aut qui rigat est aliquid sed qui dat incrementum deus est. ¶ Sicut per se non potest aliquis edificare: sic. Nisi dominus custodierit ciuitatem edificatam. s. ipsam ecclesiam que de multis est collecta ⁊ bene munita virtutibus frustra vigilat qui custodit eam vanus est omis labor vana omnis custodia nisi dn̄s operetur ¶ Et conuersus ad ministros ait. Vanum est ergo vobis o ministri ante lucem surgere que christus est quia qui surgit ante luceȝ nocturnas tenebras palpat vos autem postq̄ expectaueritis in humilitate surgite .i. surgetis ad participationem diuine glorie: humiliātibus enim se debetur ascēsus ⁊ exaltatio vos inquā surgetis q̄ manducatis panem penitētie in hoc seculo. ¶ Sed quādo erit

hoc factum. Cum dederit dominus dilectis suis somnuz mortis temporalis et cuz dederit tunc apparebit qui sũt hereditas domini apparebit qui sunt filii quorum merces erit christus fructus benedictus ventris virginalis ¶ Et vnde facta est hec hereditas. quia Sicut sagitte in manu potentis et fortis hominis adferiendũ ita apostoli filii prophetarũ qui dicũtur excussi quia clausa et coop ta sacraméta que cótinebant: deus excussit et illa manifestauit. missi sunt de manu domini vsqꝫ ad fines terre qui corda hominũ diuino amore transfigerent.

¶ Psalmus. cxxvij. In quo monet Caste timere deũ. ¶ Timere deum. quoniam

Beati omnes cuiuscũqꝫ conditionis sint qui timent dñm timore filiali cuiusmodi sunt qui ambulant in preceptis suis obediendo que sũt vie veniendi ad eternaz vitam. ¶ Propheta cóuersus ad ipsos timentes deum quasi ad vnũ loqués ait Beatus es spe hic de labore: et bene tibi erit in futuro quia de fructu operum tuorũ quibus desudasti vt ad eternitatis fructum peruenires mercedem a domino recipies Caeterũ si timueris deum. Uirtus tua cui indiuiduo amore copularis sicut vitis habundabit bonis operibus et odore fame in illis qui tibi in cristo adherent ¶ Preterea si times deum. Opera tua bona ex predicta vxore genita sicut nouelle oliuarũ virent virtutibus et caritatis et pacis oleo vncta ex omni parte mentez tuam reficiũt. Ecce sic benedicetur homo q̃ timet dominuz hijs itaqꝫ locupletam diuicijs. ¶ Cum autem tot bona preparãtur timenti deum o timens deum oro ꝙ. Benedicat tibi dominus in quem credidisti venientem secundum carnem ex syon et videas bona celestis iherusalem que non transeunt sed eterna sunt omnibus diebus vite tue. i. ineternũ. Et retributionem operum tuorũ capias et videas pacem eternitatis que omne maluz excludit que vidétibus

deum hic per fidem habitur in futuro.

¶ Psalmus. cxxviij. In quo monet ad tol/
lerantiam exemplo omnium sanctorum.
Ecclesia quasi respondens querelis infirmorum que/
rulátium ꝓ tot mala preferant in presenti seculo ait.
O filij nolite admirari ⁊ turbari. quoniam

Sepe expugnauerũt] sepe afflictionibus affece/
runt me matrem omniũ fideliũ a primo tem
pore eratis mee vnde in Abel expugnata sum
a fratre malo ⁊ perdito chaym. Sepe expugna
uerũt me a iuuentute mea: etenim nõ potuerunt michi]
preualere vt me traherẽt in cõsensum peccati quia domi
nus protectio mea est. ¶ Sed cũ palam nocere nõ possent
nisi sunt oculte nocere. vnde Supra dorsum meũ fabri/
cauerũt peccatores] insidias. i. ex ea parte insidias fabri/
carũt ex qua velut a dorso positi facile videri nõ possent
[⁊ longo tempore continuauerũt iniquitatẽ suã]. ¶ Sed
hec persecutio nõ durabit. quoniam Dominus iustus ad
humilitatem reducet colla superborũ ⁊ ceruicosorũ pec/
catorũ confũdantur] de iniquitate sua quod erit cum vi
derint se dampnari [⁊ cõuertantur retrorsum]. i. ineffica
ces ⁊ impotentes appareant [omnes qui ex odio scãm ec
clesiam persecuti sunt]. Fiant] aridi ⁊ sicci ab omni hu
more gratie ⁊ sine fructu bonorũ operũ [sicut fenum tec
torum quod ꝓ cito cepit crescere tam cito arescit. De
quo] feno i. de quibus malis [non implebit manũ suam]
aliquo bono opere ad offerendũ deo angelus [qui] in fine
mundi [metet]. i. separabit bonos a malis [⁊ sinum suũ]
non implebit inde angelus. i. aliquã bonam operationẽ
que sit remuneratione digna quia nullus in talibus fruc
tus cõperietur qui manu vel sinu ab angelis portetur q̃
. s. angelus [manipulos] i. iustos [colliget] siue cõgregabit
¶ Quia superbis inaniter operantibus nulla benedictio
danda est ideo illis malis. Non dixerunt] sancti [qui pre

teribant⌋ nos ad celestia⌊benedictio domini sup nos⌋ nec etiam dixerũt⌊benediximus vobis⌋ ex parte nostra in nomine dñi quos nouerant in futuro iudicio iudicandos.

¶Psalmus.cxxix. In quo monet ad penitentiã. Propheta in persona penitentis.o

DOmine: ad quem est recursus verus⌊clamaui ad te⌋corde feruenti⌊de profundis⌋ miseriarum culpe ⁊ pene ĩ quibus oppressus iaceo q̃diu hic viuo⌊domine⌋ ad quẽ solum recurro quia solus potes liberare clamantes⌊exaudi vocem meam⌋ ¶Exaudi dico imo precor.q᷑ Misericordia ⁊ clementia que aures tue⌋dicuntur⌊intendant in vocez deprecationis mee⌋ vt relaxet peccata mea.¶Peto vt peccata dimittas quia Si iniquitates⌋.i. peccata que aut cogitatione aut sermone aut certo opere cõmittimus⌊obseruaueris⌋ vt secũdum eas iudicare velis⌊domine quis sustinebit⌋ te iudicẽ certe nullus.¶Sed hec est vna spes mea. Quia apud te propiciatio est⌋ quoniaz benignus ⁊ misericors es ⁊ prestabilis super malicia⌊propter legem tuam⌋que promittit penitentibus misericordiam⌊sustinui⌋ patiẽter⌊te flagellantem ⁊ premia differentem expectans misericordiã⌊liberantem⌋⁊ iusticiam retribuentem.¶Propheta cõuersus ad auditores etiam ait.vtiq᷑ Sustinuit anima mea⌋ confidenter⌊in verbo eius⌋quo promittit ⁊ reddit sustinẽtibus adiutorium; imo etiam post veniam regnuz.quod verbum dei quia nunq̃ fallit semperq᷑ verum est; secure⌊sperauit anima mea in domino⌋ Sic anima mea sperauit.⁊ Israel⌋.s.vir iustus⌊speret in domino ⁊ hoc a puericia vsq̃z ad mortem⌋ aliter enim non prodest sperare ĩ domino nisi sperauerit vsq̃z ad finem.¶Merito sperandum est in domino. Quia apud dominuz misericordia⌋ cuz pro nobis homo fieri dignatus est⌊⁊ copiosa apud eum redemptio⌋cum non auro ⁊ argento sed precioso sanguine suo nos redemit; qui sufficiens est ad mille mũdorũ

redemptionem. Et ipse] filius dei qui solus sine peccato est ⁊ non alius potest redimere. Unde ipse qui potens est misericors ⁊ copiosus [redimet israhel] populũ fidelez [ex omnibus iniquitatibus eius]

Psalmus. cxxx. In quo monet ad humilitatẽ.

Propheta docẽs quã hũilitatẽ debet habere vir iustus ait.

Domine non est exaltatum] intus [cor meuz] vt in meis viribus confidẽs de me quasi ex me aliquid sublime sentiã [nec elati sũt oculi mei] exterius vt aliquod signum ostenderem super bie. Nec ambulaui in magnis] imo despexi omnia que a pud homines seculi magna videntur: non diuiciarũ cupi/ditas: non honoris ambicio in me fuit [nec aliquid supra virtutem meam ⁊ statum meuz attempraui vnde mira bilis ⁊ gloriosus hominibus apparerem. Sed humiliter sentiebam] de me ipso sed si [exaltaui me ipsuz] per super biam iactando vel gloriando [ita fiat de me punitio] sicut sequitur. Ita peream ego] sicut perit [paruulus incũbẽs super matrem suam indigens] foueri sinu matris ⁊ ablac tetur. i. separetur a lacte matris. Speret populus fidelis ⁊ humilis in domino semper sine fine quousqz ad eterni tatem veniat.

Psalmus. cxxxj. In quo monet vt nos ⁊ alios edificemus domum deo.

Vir perfectus cupiens edificari domum domino in persona omniũ iustorũ ait. O domine pater

Memẽto dauid] spũalis. i. cristi qui de semine da uid secundum carnem descendit: eius dignita/tem ⁊ merita respiciens [⁊ omnis mansuetudi nis eius] que tanta fuit vt ductus ad victuz nõ aperiret os suum. Ad hoc memento Dauid. Vt imple at quod firmiter ⁊ ex voto voluntatis promisit domino: quem coluit iacob] promisit autem ⁊ votum vouit vt ad

uentu sue incarnationis redimeret genus humanū. ¶ Iu
rauit dauid noster dn̄o ita dicēs. ¶ Non introibo in taber
naculū] celestis palacij quod est habitatio mea nec ascen
dam sessurus ad dexterā patris vbi est requies ⁊ finis la
borū. Non dabo somnū mortis oculis meis ⁊ palpebris
meis dormitationē]. Idē. ¶ Et nec requiē tēporibus me
is] i. nō prius ascēdā crucē morti proximus [donec pre/
parem habitaculum dignū deo patri in cordibus electorū
per fidem. ¶ Ecce noster dauid adimpleuit quod promi/
sit: promisit ꝙ nō requiesceret donec domus domini esset
edificata. Ecce iam audiuimus] per prophetas [eā] futu/
rā [in effrata] i. bethleem in qua natus est ipse edificator
principalis ⁊ fundator: ⁊ sicut audiuimus in iudeis eccle
siam inchoatam ita postmodū [inuenimus eam in cāpis
silue] . i. in gentibus q̄ prius erant silue: dyaboli cubicu/
la vbi erant vepres ydolatrie sed nunc cāpi facti sūt vo/
mere predicationis arabiles ⁊ deo fructificantes. ¶ Nos
vero audientes in prophetis ꝙ ecclesia edificata sit. In/
troibimus] ⁊ inhabitabimus in vnitate fidei in vinculo
caritatis vniti in domum quam de effrata venientē au/
diuimus [⁊ adorabimus] vbi audiuntur predicationes a
postolorum qui quasi [pedes] sustentantes totum corpus
ecclesie sunt. ¶ Et conuersus propheta ad dominum ait
o. Domine] iam expleuisti iuramentuȝ tuum: reddidis
ti votum: inuenisti locū deo iacob: iaȝ produxisti ex alta
ri tuo ecclesiam [surge] nunc a mortuis [in requieȝ tuā]
in patriam celestem non solum tu sed ⁊ ecclesia tua quā
sanctificasti sanguine tuo que [archa] dicitur quia ī ea est
manna. i. sacramētū eucharistie: in ea tabule legis. i. do
ctrina veritatis: ī ea virga aaron. i. potestas sacerdotalis
¶ Et te eūte ad patrē precor vt. Sacerdotes tui] serui
entes tibi deuote [induantur iusticia] q̄ omnes virtutes cō
plectitur que sunt ornamēta anime [⁊ sancti tui] ipsimet
. s. sacerdotes ⁊ eorū subditi [exultēt] de celestibus bonis
Itē insuper precor te domine pater. ꝙ Propter me/

ritū cristi qui de semine dauid formam seruilez suscepit.
Nō auertas penitus a judeis noticiam cristi quin aliquā
do ostēdas eis salté prope nouissima tępora vt reliquie
israhel salue fiāt. ¶ Propter dauid nec diffido. qa Jura/
uit dñs dauid i. firmiter promisit veritatē qa sicut pro
misit sic cōpleuit q nō frustrabitur eū i. nō est mētitus
ei: jurauit dico ita dicēs de fructu vētris tui ponā super
sedē tuam i. cristum juxta illud angeli ad mariaz. dabit
illi deus sedem dauid patris sui. ¶ Dor patris ad xpm.
Filij tui per te in fide progeniti etiam sedebūt in reg/
no ecclesie principes prelati siue judices tecum si custo/
dierint corde credēdo q opere implendo precepta legis q
prophetarū q testimonia proferūt fidei q docebo eos p
te q tuos. ¶ Et nō solum ipsi filij tui criste. sed etiā. Fi
lij eorū q successores eorum sedebūt super sedē tuam in
regno ecclesie in seculum seculi quia semper vsq ad cō/
sumationem seculi permanebit prelatorū potestas q auc
toritas in ecclesia. ¶ Et hoc nō meritis eorū. sed Quo
niam dñs sola gratia elegit sibi syon videlicet ecclesiaz
vt hic in presenti inhabitet in cordibus electorum p fidē
¶ Itē pater ad filium ita elegi syō vt sit. Reqes mea
in qua requiesco non tantū in hac vita sed in eternū nō
ideo dicit syon esse requiem suam q ipse aliquando lassa
tus requiescat sed quia nos in illo requiescamus in hac
ecclesia habitabo quoniam ad hoc elegi eam vt ibi inha
bitem hoc est in cordibus electorū. Vidua eius i. ani
mam desertam omni auxilio mundano nisi solius dei be
nedicens benedicam benedictione gratie in presenti q glo
riose in futuro q pauperes eius humiles corde nichil
de se presumentes sed in misericordia sola dei sperantes
saturabo panibus i. bonis spiritualibus reficiam. Sa
cerdotes i. prelatos ecclesie induaz imitatione vite sal
uatoris in quo perfecta sāctitas fuit vt ex omni parte lu
ceāt virtutibus q doctrina q sancti eius s. fideles baptis/
mo sāctificati ingi exultatione mētis q corporis exulta
bunt in futuro sempiternas suscipiētes coronas glorie.

¶ Bene dico exultabunt .s. de cristo. quoniã Illuc .i. in ecclesia quã ad habitationẽ elegi extendã altitudinez regni cristi quod in illis extẽditur qbus dictũ est beati pauperes spũ: quoniã ipsorũ est regnũ celorũ: et etiam ante hoc parani lucernã cristo meo .s. johãnẽ baptistam qui predicando et baptizando viam cristo dño preparauit.
¶ Inimicos eius incredulos et peccatores obstinatos induam confusione in futuro judicio cũ audituri sunt: discedite a me maledicti super ipsũ aũt cristũ efflorebit sãctificatio mea quia ejus sanctificatio et gloria q̃ manifestabitur in fine seculi erit immarcessibilis.

¶ Psalmus. cxxxij. in quo monet ad dilectionem fraternam.

¶ Propheta cõmendans fraternam caritatẽ ait.

Ecce q̃ bonũ vtile et q̃ jocundũ et delectabile est habitare fratres in vnũ vnitate caritatis et volũtate concordes quorũ est vnũ cor et vna aĩa in dño. ¶ Bene dico vtile et jocũdũ est habitare in vnũ q̃a super fratres habitãtes in vnũ. Descẽdet dei bñdictio sicut vnguentũ gratie spũs sãcti existẽs in capite cristo descẽdet in die pẽthecostes in barbã .i. apostolos viros pfectos proximo cristo adherentes barbam dico aaron .i. cristi quẽ prefigurauit aaron ¶ Quod vnguentum gratie spiritus descẽdens a capite nõ soluz.
¶ Descendit in barbam sed etiam in orã vestimẽti. ejus .i. in omnes fideles et in extremos qui erũt vsq3 ad finez mundi: fideles enim vestes dicuntur cristi quia nuditatem ejus fide nostra vestimus et religione honoramus sicut vestimẽta dominum: ora vestimẽti dicuntur vltimi sancti qui erunt in ecclesia: sicut ros gratie cristi q̃ descẽdit super apostolos in monte syon cõgregatos. ¶ Ideo autem bonum et jocundum habitare fratres in vnum. Quoniam illic in concrodi .s. habitatione promisit do

minus hic benedictioné gratie sue et virtutū multiplica/
tionem et in futuro vitam eternam.

¶ Psalmus. cxxxiij. in quo monet ad diligendū deū.
Bonū et jocūdū é habitare fratres in vnū: vos ergo fra/
tres q̄ estis pariter cōgregati pficite quod restat vobis. s.

N Unc benedicite dño laudate deū o vos omnés
serui ejus ¶ Benedicite dico omnes et vos ma
jores et pfectiores. Qui statis in ecclesia domo
dñi in penetralibus ejus perseuerantes para/
ti sicut strénui serui ad seruiédum dño: et vos minores et
minus perfecti q̄ etiam statis nó in intimis et penetrali/
bus sed in atrijs. i. in ingressu domus dñi tanq̄ incipi
entes et impfecti. ¶ Benedicite dño et maxime In nocti
bus aduersitatū non tantū in diebus prosperitatis extol
li e sursū ad deū manus vr̃as cordis et corporis deuote
orādo in scā. s. intétione vt itétione eternorū ópemini
et benedicite dño nichil boni vobis attribuétes sed totū
deo. ¶ Propheta orans benedici populū fidelé ait ¶ Be/
nedicat tibi dominus ex syon. i. celesti jherusalem q̄ po/
tens est quia ipse est qui fecit celū et terrā.

¶ Psalmus. cxxxiiij. in quo monet laudare deū ma
xime propter excellentiam potestatis.
Propheta inuitās omnes fideles ad laudandum deū ait.

L Audate nomen domini vita et lingua ipsum
laudabilem extollédo quod per fidem cognouis
tis esse super omne nomé omnés serui domini
quoniā nichil justius: nichil dignius vel gra
tius q̄ q̄ seruus laudat dominum. ¶ Laudate vos ma/
jores. Qui statis in ecclesia domo domini vt columne
fortes laudate vos minores q̄ statis in ingressu domus
ejus. ¶ Vos tales. Laudate dñm q̄a bonus dñs nam
bonus in se et ex se omnium bonorum fons indeficiens

[psallite nomini eius quoniã suaue]est eñi nomẽ dñi ihe
su mel in ore: melos in aure: iubilus in corde. ¶Psallite
dño ⁊ maxime populus israheliticus hoc facere tenetur.
Quoniam ipse dñs elegit iacob]vnde assũpta humani/
tate nasceretur[⁊ israhel in possessionẽ sibi].i.in gentem
suam. ¶Ideo laudate. Quia ego]spũ prophetico illu/
minatus[cognoui]⁊ etiam noticia fidei ⁊ experientie[ꝙ
ipse deus noster magnus est dominus]potẽtia ⁊ sapiẽtia
pre oibus dijs.s.sanctis angelis q̃ dij per gratiã digni sũt
vocati. ¶Et vere ipse deus magnus est super omnibus
dijs.q̃a Omnia q̃cunq; voluit fecit in celo ⁊ in terra in
mari ⁊ in omnibus abissis]causa eñi omniũ q̃ fecit volũ
tas eius est ⁊ nulla necessitas. ¶Ipse dico est. Educens
vapores humidos ab ymo terre]vel a mari occeano qđ
est terminus terre habitabilis vnde vt plurimũ generan
tur nubes[⁊ fulgura]inde generata[cõuertit in pluuias]
¶Ipse etiam est. Qui eduxit ventos de locis occultis
hominibus q̃ percussit primogenita egipti ab homine vs
q; ad pecus] ¶Ipse est.qui Emisit signa ⁊ prodigia]pro
populi israhel liberatione[in pharaonẽ ⁊ in omẽs seruos
eius] ¶Ipse est. Qui percussit gẽtes multas]in conspe
ctu filiorũ israhel post egressũ de egypto[⁊ occidit reges
fortes].s.Seon]s.regẽ amorreorum ⁊ Og regẽ basan ⁊
omnia regna chanaã. Et dedit terrã eorũ hereditatẽ isra
hel populo suo] ¶Et q̃a hec oia fecisti repletũ ẽ os meũ
laude ⁊ dixi. Dñe nomẽ tuũ]i.fama tua ⁊ laus erit[ine
ternũ]⁊ bñficiorũ tuorũ memoria erit[in oibus genera
tionibus succedẽtibus] ¶Et hoc erit memoriale eius ĩ
eternũ. Quia iudicabit dñs populũ suum].s.iudeos nõ
credentes iudicio eterne dãpnationis: qui populus ingra
tus tot bñficijs extitit[⁊ in seruis suis.s.fidelibus[depre
cabilis erit]exaudiendo orationes eorum. ¶Propheta cõ
uertẽs se ad exprobanda ydola dicit: deus noster magnus
est. Simulacra gentium sũt aurũ aut argẽtum] q̃tũ ad
materiã[⁊ opera manuũ hominum]q̃tum ad formam.

¶ Que simulacra vana sūt ⁊ inutilia .q̄a Os habent⌋fi guratiue⌊⁊ non loquētur oculos habēt⌋.s.depictos⌊⁊ nō videbūt⌋. Aures habēt ⁊ nō audiēt nec est spūs i ore ip sorū⌋illa eni mēbra exteriora artifex potuit dare: sed nō spūm dare sicut supra in psalmo In exitu israhel fuit ex positū. Similes illis fiāt qui faciūt ea⌋hac.s.intentione vt colantur vt.s.fiant ita q̄ ad similitudinē ydolorū ca reant sensu discretionis ⁊ motu bone operationis⌊⁊ oēs q̄ cōfidūt in eis⌋ ¶ Tales fiāt ydolatre .sed Uos q̄ estis domus⌋israhel deū.s.vidētes fide formata⌊bn̄dicite dn̄z⌋ ⁊⌊vos domus aaron⌋vos.s.collectio sacerdotū Domus leui⌋i.collectio ministrorū ⁊ familia sub sacerdotibus cō stituta⌊benedicite dominū⌋⁊ vos populi omnes⌊q̄ time/ tis deū bn̄dicite dominū⌋. ¶ Bn̄dicite dominū sicut ego benedicēs dico. Benedictus dn̄s⌋ deus q̄ venit⌊ex syon⌋ homo factus⁊⌊q̄ habitat in iherusalē⌋celesti vbi videbi/ mus eum in eterna pace.

¶ Psalmus.cxxxv.in quo monet omnes ad laudem dei.

Propheta inuitat omnes ad cōfessionem diuine laudis propter excellētiam diuine bonitatis dicēs.

Confitemini dn̄o⌋confessione laudis⌊quoniam bonus⌋a quo sicut a fonte omne bonū fluit in nos:bonos nos faciēs. Itē confitemini domi/ no⌊quoniā ineternū misericordia ejus⌋quia in hac vita p̄ misericordiā cōdonat peccata ⁊ cōfert multa spūalia bona:⁊ in alia vita remunerat fideles vltra meri ta. Cōfitemini dn̄o⌋q̄a ipse creator angelorū ⁊ aliorū sāc torū qui participatione diuine gratie dij dicuntur. Cōfi/ temini dn̄o quoniam ipse est qui dominatur omnibus dominis⌋⁊ principibus hujus mundi in cujus ditione cū cta sunt posita ⁊ non sit qui possit resistere volūtati ejus ¶ Confitemini domino quoniam ipse est. Qui propria

virtute facit mirabilia] nō idigēs auxilio cuiuscūq₃. ¶Cō fitemini dn̄o. Quia ipse fecit celos pro vt in sua mente disposuerat] per sapiētiam suam non ab alio edoctus nec secutus exēplū alterius. ¶Itē confitemini illi. Qui fir mauit terram juxta aquas. Confitemini illi. Qui fe/ cit luminaria magna.s.solē] vt esset lux illuminans diē [lunam ⁊ stellas] vt possent illuminare noctē. ¶Cōfite/ mini illi. Qui pcussit egiptū] multis plagis propter li/ berandū populū israhel[cū primogenitis eorū] ¶Cōfi/ temini illi. Qui eduxit israhel de medio egyptiorū] i ostē sione sue inuincibilis potētie ⁊ in forti percussione egyp tiorū. ¶Confitemini illi. Qui diuisit mare rubrū i di/ uisiones] ¶Et eduxit israhel per mediū eius prebens ei jter siccū. Et excussit].i.extinxit[pharaonē] regē egipti ⁊ exercitum ejus in mari rubro] ¶Qui transduxit po/ pulū suū post trāsitū maris rubri p desertū] quadraginta ānis. Qui pcussit pro filijs israhel[reges magnos ⁊ oc cidit reges fortes]. Seon regē amorreorū ⁊ Og regem basan. ¶Et dedit terram eorū hereditatē q̄tū in se fuit Hereditatem] dedit non cuilibet sed[israhel seruo suo]. ¶Ideo hec oīa nobis fecit. Quia in dejectione nostra] in qua eramus deiecti ⁊ contēpti sub seruitute egiptiorum [memor fuit nostri] liberādo nos ab ea Unde seq̄tur. Et redemit nos ab inimicis nostris. ¶Confitemini insuper jlli. Qui dat escam omni generi hominū] corporalē qua corpus pascitur: spiritualē qua anima viuit ⁊ nutritur. Confitemini deo q̄ est creator celi] ⁊ gubernator atq₃ pro missor. ¶Sanctus jste sicut a laude jnchoauit jta in lau de terminās ait. Confitemini dn̄o dn̄orū quonjā ieternū misericordia ejus]

¶Psalmus.cxxxvj. in quo docet flere tū pro incolatu presentis vite tū pro dilatione celestis patrie.

Propheta i psona justorū pro icolatu p̄sentis miserie ait

SUper flumina babilonis] super bona delec/ tabilia hujus confusibiljs mundj que more

fluminum fluũt ⁊ refluũt, illic sedebimus ⁊ flebimus, vi
dētes miseriam in qua sumus, dū recordaremur celestis
patrie, q̄ est vera terra nostre promissionis. ¶ Et q̄a flē
tes sumus inter homines malos infructuosos ⁊ difficiles
ad trahēdū ad rectam fidē qui sunt. In medio babilonie,
.i. in plenitudine confusionis, suspēdimus, subtraximus
.s. organa nostra, i. scripturas diuinas vtriusq̄ testamē
ti ⁊ promissa dei annūciare illis tāq̄ ab indignis ab hijs
eni porcis ⁊ canibus scripturas auertimus ¶ Affligimur
insuper. Quia, in hoc babilonico mūdo: peccatores mi
nistri demonū qui verbo ⁊ exemplo deduxerūt olim nos
in peccatū tēptantes ⁊ irridētes: interrogauerūt, cur nō
cantaremus ⁊ deduceremus dies, in hoc seculo in gaudio
sicut ipsi. Et, similiter illi, q̄ adduxerūt nos, ad has mi/
serias preceperūt, dicētes, irridētes, ymnū cātate nobis
de cāticis, q̄ cātabitis in ecclesia ex quo vos dicitis hoc
esse ad laudē dei. ¶ Ita illi dicūt: sed nos respondemus.
Quomodo cātabimus cāticū dn̄i, existētes, in terra alie
na, vicijs dedita: vos non noscitis cupere: nisi quod fluit
¶ tēpore eterna meditari ignoratis: pleni estis cupiditati
bus malis talibus nō debemus cātare: nec. amicicias eo
rū habere ne icipiamus delectari in rebus seculi. ceterū
nō cātabimus vobis q̄a nō petitis vt audiatis huiusmo/
di cātica syon sed vt irrideatis ⁊ blassemetis vnde tacebi
mus. ¶ Vir iustus iter mala positus ait. Si oblitus fue
ro, ac si dicat q̄uis malis vndiq̄ affligar ⁊ ab ipijs obpro
bria ⁊ irrisiones patiar si tn̄ inter ista oblitus fuero, tui
celestis iherusalē, vt illis cōplacere veli, obliuiscatur me
dextera tua, i. nulla meorū operū mētio apud deū habea
tur. Adhereat ligua mea faucibus meis, vt oio mutus
fiam, si non iugiter memoria tua versetur i corde meo,
¶ Propheta conuersus ad dn̄m orat vt hostis puniat q̄si
diceret ego ita me habeo sed o domine. Memor esto, vt
punias in futuro iudicio maliciam istorum carnalium
hominū qui iustis aduersantur sicut Esau iacob est pse/
cutus: memor esto, filiorū Edō, quod iterp̄tatur terrena

q sanguinea.i.hominū qui nostrum effundūt sanguinem q nos appetitum terrenorū inducere volunt:q tunc dico memor esto[in die iherusalem]i.in die iudicij quādo apparebit claritas fidelium.¶Memor esto ydumeorū filiorum Edon qui dicunt nō verbis sed factis socijs suis siue ministris cupientes totaliter euacuare omnem religionem q sanctimonia de ecclesia.Exinanite exinanite].i. euacuate euacuate quicquid iusticie quicquid sanctitatis est in ea cōfundite cōfundite eam [vsq ad fundamentuz] fidei quod est cristus perimatis.¶Illi ita dicūt.sed¶Tu congregatio malorū filia confusionis] misera es in ipsa exultatione q in ipsa presumptione tua[beatus qui retribuet]penam tibi debitam pro malis que fecisti nobis[beatus qui retinebit ciues tuos] dum sunt paruuli ne vlterius crescant[q allidit eos ad petram] cristum vt omnino eorū cupiditates dum tenere sunt moriantur antequ i malicia obdurescant.

¶Psalmus.cxxxvij.In quo monet ad laudandū q exaltandum deum pro liberatione facta per cristum Prophetа in psona viri iusti pro liberatione facta per Cristum ait.

¶Confitebor tibi]confessione laudis q gratiarū actionis[in toto corde meo]cum omnibus viribus anime mee[quoniam audisti verba oris mei]quia.s.misisti filiū tuuz incarnari vt nos erueret de potestate dyaboli de qua ad te clamabamus assidue.In conspectu angeloruz tibi]assistentium [psallam tibi]laudabo te sanctos angelos ymitando[adorabo ad tē plum sanctum]celestem.s.iherusalez diuinitatis tue maiestatem q angelorum socius factus/laudabo te.¶Laudabo te super.i. Propter misericordiam q veritatem] fuit misericordia illius q nullis nostris meritis precedē tibus venire dignatus est ad nos redimēdos[veritas] autem dei fuit quia omnia que promisit in lege q prophetis adimpleuit in euangelio laudabo dico[quoniam magnifi

casti cristum tuũ super omne nomen] quod nominatur in hoc seculo ꝗ in futuro. ¶ Et quia ita fecisti .ergo In quocunqz tempore inuocauero te exaudi me] quod si fe/ceris [multiplicabis in anima mea virtutem] per quã cõ tra mala ingruentia possim resistere. ¶ Confitebor tibi ꝗ vtinam. Confiteantur tibi omnes reges terre] cognoscẽ/tes te deum ꝗ dominũ ꝗ saluatorem omniũ [quia iam au dierunt verba] i. que ore tuo per filium tuũ obseruare p̃ cepisti: quia in omnem terram exiuit sonus eorũ. Confi teantur dico vt ipsi reges positi. In vijs] preceptorũ tu orum [cantent] i. annũcient aliis dicentes quoniã [mag na est gloria domini] ¶ Et vere magna est gloria domi/ni. Quoniã excelsus dominus] super omnes creaturas e minens ꝗ incomprehensibilis est maiestatis qui licet ita excelsus sit [humilia] tamen corda hominũ [respicit] ocu lo misericordie sue vt exaltet [ꝗ alta] i. superba corda ho/minũ [a longe cognoscit] vt deprimat. a longe dicitur de us superbos cognoscere quia non appropinquat illis per gratiam sed potentia quos tamen perfecte videt. ¶ Et quia iustis contingat tribulatio: deus adest adiutor eorũ ideo propheta in persona viri iusti ad deum cõuersus ait Si ambulauero i medio tribulationis] huius seculi que semper instat saltem a dyabolo [letificabis me] liberando me a persecutoribus meis [ꝗ super iram inimicorũ meo rũ] qui ex ira non ex merito meo inferũt michi mala [ex tendes operationem tuam] eos fortiter affligendo ne diu tius liceat eis conterere me [ꝗ saluũ me facies] in felici/tate eterna. ¶ Ego non retribuo inimicis meis ego non me defendo quia non possum nec debeo sed vindictam re mitto domino. Qui retribuet pro me] penaz persecuto ribus meis: ꝗ vir ipe iustus motus pietate precatur pro inimicis vt eius fiat misericordia dicẽs o. [Domine mi sericordia tua permanet in eternũ] quia semper es para/tus recipere recurrentes ad ipsam [opera manuũ tuarũ] .i. ipsos homines qui dicuntur speciale opus tuũ [ne des picias] q̃uis sint peccatores quia tu eos creasti.

¶Psalmus.cxxxviij.In quo monet a deo non esse fugiendum sed ad euz redeundū ab irato ad placatū ¶Vox mēbrorū Cristi qui sedent confitentes peccata sua ꝛ surgūt iustificati gratia dei: dicit ergo vir iustus.o

Domine probasti me ꝛ cognouisti me⌋ .i.cognosci me fecisti⌊tu cognouisti sessionem meā⌋ .i.ꝙ in humilitate patientiam habeo ꝛ confiteor peccata mea⌊ꝛ resurrectionem meam⌋ .s. ꝙ iustificatus per gratiam resurgo ꝛ in spe vite eterne erigor. Intellexisti cogitatiōes meas⌋ab eterno⌊ꝛ semitā meam⌋ .i.inocultum affectum meum⌊ꝛ funiculuz⌋ .i.iudicium ꝛ discretionem quam ego habui inter bonū ꝛ malū⌊inuestigasti⌋ .i.perfecte nosti. Omnes vias meas⌋ omnia opera⌊preuidisti⌋anteꝙ̄ essem in rerum natura ꝛ scis ꝙ⌊nō est sermo⌋sine veritate⌊in lingua mea⌋¶Vere preuidisti omnes vias meas.quia Ecce tu domine cognouisti omnia⌋que sunt ꝛ erunt ꝛ fuerunt quātumcūqꝫ sint aliis abscondita⌊tu formasti me⌋ principaliter⌊et posuisti super me manum tuam⌋conseruanté me in esse. Quibus consideratis domine. Mirabilis est sciētia tua supergreditur me non possum⌋scire tua secreta; eleuata est vt in profundum sapientie tue non possim intrare. Et deliberans a deo non fugiendum dicit. Quo ibo a te ipso qui es spiritus⌋qui vbiqꝫ est:quo plenus est mūdus⌊quo a ꝑsentia tua fugiam⌋hoc eniꝫ est impossibile.¶Quia.Si ascendero in celū tu illic es⌋per refulgentiam tue glorie⌊si descendero ad infernū ades⌋ per exerciciū tue iusticie nulla altitudo te altior: nullum profundū te profundius;occidens ꝛ oriens in tua continentur manu.¶Certe fugere non possum.quia etiam Si habere penas quibus possez velocissime volare⌋tanꝙ̄ auicula pēnata ꝛ diluculo quando vacua est ꝛ sic possem peruenire⌊ꝛ extrema maris remotus⌋ab hominibus non fugiam a te. Etenim illuc⌋ si volarem⌊manus tua deducet me⌋quia sine te transire non potero;ꝛ me deductum⌊oportebit ꝙ potentia tua te

neat] aliter deciderem in nichilum: q sic non possum effu
gere presentiā tuā. ¶ Et cū viderem q̃ euadere nō possē
fugiendo cogitaui si euadere possē latendo. Et dixi] apud
me conferendo [forsitan tenebre conculcabunt] .i. abscon
dent [q sic nox erit illuminatio mea in deliciis meis] .i.
consolatio mea quia libere q audacter fruar omnibus de
liciis in illis tenebris. ¶ Et ostendens q̃ nichil valuit co
gitatio sua de sic euadēdo ait. ¶ Nō bene cogitaui. ℟. Quo
niam que fiunt in tenebris non abscondentur a te] quia
nichil in eis existens latet te. ¶ Unde [eque tibi manifes
ta sunt que fiunt in tenebris: sicut q̄ fiunt in plena luce.
¶ Quod eque videatur a deo res in tenebris q in luce pa/
tet. ℟. Quoniam possedisti renes meos] .i. interiores affe
ctiones in potestate tua habens eas [suscepisti me] educen
do me tanq̃ tuū [de vtero matris mee in quo] tanq̃ in te
nebris latebar. Et qr dñe tante potētie q sapientie es q̃
te fugere vel latere nō possū: ideo nō fugiā. sed ¶ Cōfitebor
tibi] cōfessione laudis q merito [qr terribiliter] .i. mutabi
liter incōprehēsibiliter [magnus es] q etiā [opera tua sunt
